Hæc licet ita sint n. ~~tamen~~ removent scrupulum superius adductum, immo impossibilius redditur quod possit considerari usus fructus nondum præstita cautione, quanto magis quod suos faciat fructus percipiendo fructuarius nam quemadmodum impossibile est considerare verum usumfructum quin præsuponamus veram propietatem; ita impossibile erit considerare impropium usumfr. quin impropiam propietatem, hoc est cautionem, præsuponamus: Non hæc levis difficultas q. digna ingenio Vinij, dignior tamen ejus solutio, asserit cautionem præstitam ab usufructuario remanere penes heredem loco propietatis at ea omissa nihilominus usumfructum constitui, q.ª nec deficit, q. valeat propietatis vices gerere; idem tunc q. cautio, operabitur illud quantitatem potestate S. Consulti: ut deducere licet ex l. 5. §. 1. h. ttº. l. Julian. 9. §. Marcellus 4. ff. ad exhibendum l. partis 10. ff. de præscriptis verbis de quar. explicatione postea agemus = q. constituto usufructu authoritate S. C. si omissa fuisset cautio, nihilominus fructuarius dominium illarum rer. adquirit, nec obs. quod faber in rat. ad d. l. 5. contendit non posse dominium quæri ex nuda tradit. l. numquam 31. ff. de adquir. rer. dom. hoc verum est, s. miror existimasse fabrum nudam traditionem, quam justa causa præcessit. Ut ait ibi justa ergo causa est voluntas testatoris, authoritate S. C. firmata, propter quam ~~tr~~ secuta est traditio.
Firmat nostram opinationem condictio quæ datur ad repetendam quantitatem

finito usufructu in l. 5. §. 1. h. tt.º certi namq. iuris est condictionem non solere dari nisi ei qui fuit dominus contra eum qui dominus est condictionis formula sdaq. id probat si apparet eum dare oportere §. sic itaq. discretis inst. de actionibus l. 1. de condict. furt. l. ~~[illegible]~~ 1. §. 1. de condict. tritic. et ad rem nostram expressus tex. in l. ult. ff. usufruct. quem. cav. ~~[illegible]~~ ut eleganter grdei ad l. 50. ff. de iure dotium natura et propietas actionis condictitiæ hæc est ut adversus dominum moveatur. adeo ut ~~[illegible]~~ cum ~~prudent~~ furum odium extorsserit in eos dari condictionem, ne sine colore discederent prudentes à iuris regula, in furem quasi quodammodo translatum dominium commentitio iure fingebant. Uti bellissime post Theophilum et Maranum in paratitl. ad libros digestorum observat selectissimæ eruditionis vir Carol. Anibal Fabrotus in replicat. adversus Claudij Salmasij refutationem de mutuo p. m. 90. Ergo cum condictio detur adversus fructuarium, non est cur inficiemur usumfructuarium dominum esse etiam n. præstita cautione, audiamus Ulpianus ~~[illegible]~~ in l. ult. Usufr. quem. cav. negat in vero usufructu condictionem dari advers. fructuarium, q.ª dominium residet penes propietarium; at ipse Ulp. in d. l. 5. concedit adversus fructuarium, qui cautionem n. præstitent, condictionem; ergo suponit in eum dominium translatum. Potest ne aliquid exsertius dici?
Agnovit faber dificultatem, et ut ab illa se expediat subtilius, quam verius afirmat condictionem dari adversus fructuarium, non quasi contra dominum, sed quia heres desierierit ipse dominus eē per consumptionem, ~~quæ, ut ille ait, modus est amittendi dominij n. adquirendi~~ cuius rei si quæras rationem, illam tradit quod consumptio sit modus amittendi dominij, n. vero adquirendi: quod haud verum puto siquidem consumptio facta à bona fidei possesore dominium quærit, tantumq. solet præstare bonæ fidei possesori, quantum usucapio l. 4. §. lana 19. ff. de usucap. l. 4. §. 2. finium regundor. Arnold. Winius in §. si quis à non domino 35. inst. de R. D. = Nec magis vere ~~negat~~ ^affirmat^ vindicationem ideo n. dari in d. l. 5. quod res consumptæ sint, + vindicatio autem in re proti fieri debeat, veteris vindicationis formula: hanc rem ex iure Quiritium meam esse aio. ocularem rei exigit demostrationem. ~~+ §. si tamen 26. [illegible] l. 3. c. de condict.~~ Quis negabit? sed debuerat fab. animadvertere n. condici rem consumptam, sed extantem, et quæ consumi n. potest; expresse Ulpianus ait condici ~~[illegible]~~ quantitatem, quantitas ~~[illegible]~~ autem numquam potest ~~[illegible]~~ n. extare, genus perire non creditur; adhæc in quasi usufructu n. habetur ratio ~~[illegible]~~ specierum, quæ dantur fructuario, sed generis et quantitatis, unde condictio in d. l. 5. ~~non~~ datur adversus quantitatem n. adversus res consumptas q.ª n. observavit Ant. fab. at opones condictionem earum rerum esse quæ non extant §. si tamen 26. inst. de R. D. l. 3. c. de condict. ex lege. hoc verum est, nisi generaliter statuas, nam etiam rerum, quæ extant datur condictio: ut in specie l. 7. C. de non numerata pecunia l. 3. ~~[illegible]~~ de condict. indeb. l. 4. C. de rer. permut. probatur decretorie ex l. 24. et 26. ff. rer. amotar. ubi concurrunt vindicatio et condictio, utraq. autem vindicatio n. concurreret si res non extaret; et sane ex mutuo condictionem dari certum ē, in quo n. eadem res est restituenda, s. eadem quantitas, mutuum enim consistit in his reb. quæ magis quantitate valent quam corpore l. 1. §. non solum ff. ad leg. falc. l. si is cui numos 94 ff. de solutionibus, ~~et~~ condicitur + eadem quantitas quæ n. potest perire, ut in quasi usufr. = Cur ~~[illegible]~~ si res quæ condicitur n. est consumpta in mutuo, aut usufr. n. datur vindicatio? ratio statim se ofert illa quod dominium translatum sit in accipientem ~~[illegible]~~, et in fructuarium; vindicatio vero soli domino competit ut in ~~[illegible]~~ + propietario advers. verum fructuarium aiebat Ulp. in d. l. fin. ff. usufr. quem. cav. l. in rem 23. ff. de rei vind. l. Quintus 27. §. argento ff. de auro et arg. leg.
Restat nunc fabrianum aliud repeldere telum. quod enim ait ille in rat. ad d. l. 5. potest satisdedisse legatarium de restituenda eadem quantitate, si non satisdedisse illum nihil nocet heredi? frustra ergo S. C.to cautum, ut eo nomine satisdatio præstetur, si et ea n. præstita potest heres condicere quantitatem: iam torqueat me hæc consideratio prius

prius, quam in Fabrum incidissem; et dum alius meliora dicat, proferam quæ cogitabam ~~non bene infertur~~ Ex eo quod heres possit condicere quantitatem finito usufr. non bene infertur frustra S. C.tum præstandam stipulationem exegisse, nam ut putabam ideo potest heres finito usufr. condicere quantitatem, quia S. C.tum cautionem interponi iusserat, et ut explicatius dicam condictio quæ competit heredi finito usufr. provenit ex S. C.

condictio hæc ex nullo contractu ~~proven~~ descendit, neque id egit litteram ~~aut propterea~~ condictio hæc ex nullo contractu, neq. id egit lit. cuius naturam deffinitionem ~~tollere~~ qui legatum quasi usufr. negant valere, cuius naturam deffinire, et in contractum declinare somniabunt. = sed inquient necesse non esse contractum ut condictio suboriatur, et in specie d. l. 5. §. heredi dari condictionem non alia ratione quam quod facto eius intelligatur ad eum, qui accepit, pervenisse pecuniam: ut Julianus ait in l. si omnis 19. ff. de reb. credit. cuius rei profert rationem Celsus quia pecunia mea, quæ ad te pervenit, eam mihi à te reddi bonum et æquum est l. si et me 32. ff. eod. et in specie l. 23. eod. tit. l. si quis mancipijs 17. §. ult. et pen. ff. de instit. act. l. 25. ff. rer. amotar. = hæc fortiter jaculatur Ant. Fab. at ego ut respondeam contendebam licet verum esse etiam absque S. C. de quasi usufr. dandam fore condictionem argo tex. in d. l. 19. et 32. tamen condictionem, quæ competit heredi finito usufr. in d. l. 5. h. tit. existimo provenire ex S. C. de utiliter constituendo usufr. in his reb. quæ usu consum. habet enim aliquid speciale condictio illa, quod non haberet citra S. C.ti dispositionem: Nam non ante competit in d. l. 5. quam finito usufr. hoc est, ut faber explicat, quam finito eo tempore quo duraturus fuisset usufr. si vere esset constitutus, nec ulterius progreditur facultas utendi, ne melioris sit conditionis legatarius non constituto usufr. ut argumentatur faber ex Juliano in l. 3. ff. si usufr. petatur. ut condictio quæ alias competeret statim competeret quia ut in l. 19. 23. et 32. ff. de reb. creditis et in l. si quis mancipijs 17. §. ult. et pen. ff. de instit. act. l. 25. ff. rer. amotar. S. C.ti differunt; ideo datur condictio quia non ex iusta causa penes accipientem residet pecunia, nec enim æquum est cum alterius iactura quemque locupletari d. l. 23. de reb. cred. ergo æquitas suggerit huic naturali rationi condictionem, qua quisque possit rem suam quantocitius recuperare, nec enim quæ ægre fert cuiusquam jacturam, aliquod spatium ex quo possit alter locupletior fieri indulgebit: quod, cum ita se habeat, et in specie d. l. 5. aliter concedatur condictio hoc est non ante finitum usumfr. hinc est quod suspicemur, condictionem hanc ab ordinaria juris dispositione deviam, peculiares quod habet provenire ex S. C. quod provide finito usufructu condictionem dari disposuit: ut sic etiam omissa ~~stipulatione~~ cautione constitui usumfr. dicamus, et ut quæ supra attigimus recoquamus id ita procedit. [Rer. quæ usu consumantur non poterat legari usufr. quia præter consumptionem nullus earum fuerat usus, et sic non poterat remanere salva substantia penes heredem, aut proprietarium: hoc cum ita esset, S. C.um excogitavit remedium quo crederetur proprietatem remanere penes heredem, et sic ad instar veri usufructus, aliis constitueretur in reb. quæ usu consumuntur; remedium hoc fuit desiderare cautionem qua consultum fuit proprietario et heredi, qui si petijsset nullo jure poterat cautione non præstita ad traditionem compelli, sed ea præstita omnia recte agebantur, nam cautio remanebat penes heredem loco proprietatis, usufructuarius ~~utebatur~~ rebus pro libitu abutebatur: Verum si heres omissa cautione rem tradidisset, similiter etiam legatum usufructus consistebat, quia tunc loco proprietatis remaneret penes heredem ius illud exigendi cautionem durante usufr. d. l. 5. §. 1. at finito usufructu nondum præstita cautione, quia heres eam non expostulavit, etiam legatum usufructus valuisse noviter contendo, quia tunc nec deficit quod proprietatis vices gerere possit, ius namque illud condicendi eandem quantitatem finito usufr. fuit penes herem loco proprietatis, ergo frustra introduxit S. C. cautionem quandoquidem ea omissa potest utiliter consistere legatum usufructus in his reb. quæ usu consumuntur, nego consequentiam

q.ª ideo omissa cautione ius exigendi illam durante usufructu, et repetendi quantitatem finito usufr. remanet loco propietatis penes heredem, et ~~valere~~ legatum usufr. valet, q.ª S.C. desideravit cautionem, alias enim si S.C. n exegisset cautionem, n daretur heredi ius exigendi cautionem ~~finito~~ durante usufr. et similiter ~~si S.C. n nec finito usufr. condictio~~ nec ad condictionem quantitatis dandam expectaremus finiri usufr. ~~ni S.C.~~ q.ª ideo n potest condici durante usufr. quod potest exigi cautio, ideo vero potest exigi cautio q.ª a S.C. introducta g. n frustra desideravit S.C. cautionem, quamvis omissa sit ab herede, legatum usufr. durare afirmemus = hec cogitabam dum contendebam cautionem in quasi usufr. n esse de substantia, s. contraria sententia ut pote verior defensanda est.

In vestimentis ~~dubie~~ verum usufr. an quasi usufr. constabit, dubie agunt interpretes alij[x] incussant Tribonianum, quod inter res que usu consumuntur, enumeret vestes §. 2. inst. de usufr. alij quesito colore ipsum defendere conantur Donel. lib. 10. com. 4. sed ut hec valeam componere, et explicare nonulla objiciam ex mente Arnoldi Vinij. Res que usu consumuntur non poss. locari l. 3. in fi. ff. comodati, sed vestes possunt locari l. 15. §. et si vestimentor. ff. de usufr. l. si ut certo §. in fi. ff. com. g.º vestes n sunt e numero ear. rer. que usu consum. R. n ee ex numero ear. rer. que usu consumuntur, sed ear. que usu minuuntur, q.º omne comprehendit ttj ntr. nec opones recte argumentum de navi et iumentis que paulatim etiam minuuntur, et in eis propius usufructus constituitur nam R. q. licet navis et jumenta longiori usu minuantur, n tamen ad id utimur ut ea consumamus, longeq. alia est vestimentor. ratio, abunde namq. docet experiencia ipso usu consumi, nec posse nos illis uti, nisi quoad quid consumamus et atteratur; sed quia n per omnia consumuntur, delentur, depereunt, vestimenta, eorum usufr. partim ex vero, partim ex impropio mutuatur habet ex vero quod n possit fructuarius ea consumere l. 15. §. 4. de usufr. et quem. ut dicit legatum usufr. vestimentorum, n sicut quantitatis ee, hoc est in illo n posse legatarium consumere vestes, in isto posse quantitatem q.ª in hoc transfert propietas in legatarium, in illo n transfertur, et ob id cautio que prestatur est de restituenda veste quomodo extaret finito usufr. l. si usufr. 9. §. si vestis 3. ff. quemadm. caveat; hec omnia habet ex vero usufr. cur g.º necessaria fuit authoritas Senatus ut in his rebus quasi usufr. constitueretur; quoniam he res n perinde salve manent ideo inductum fuit S.C.tº ut caperit quasi usufr. haberi ear. rer. que usu minuuntur, eodemq. remedio comprehendi, quo res que usu consumuntur regunt ita Marc. Lycklama lib. 5. membr. egl. 24. et ex eo Helfric. Ulric. Hunius lib. 2. resol. tr. 2. quest. 29.

In pecunia quasi usufr. constituitur l. 2. et passim h. tt. sed in nomismatis veteribus quibus pro gemmis uti solemus verus constituitur usufr. l. nomismatum 28. ff. de usufr. Fabrer. 2. select. 2. Cujac. 9. obs. 37.

[x] Arnold. Vinius in h. §.

heres condicere quantitatem: iam torquerat me hec consideratio prius

2. d. 46. p.
h. lib. 2. disp. 46. pac.
35. d. 13 V.

Superioribus affinis est quaestio illa, an possit remitti cautio hoc à testatore aut herede.
et decretorie firmandum est, neutram cautionem neque civilem, neque praetoriam posse
à testatore remitti, de praetoria extat tex. in l. scire debetis 7. C. ut in poss. legator. qui solus fere
in hanc rem comprobandam potest adduci, nam qui communiter solet expendi ex l. 1. C. de
usufr. non de praetoria sed de civili cautione ex S. C. proveniente loquitur, ut recte notat
Ant. fab. in papin. tit. 12. pr. 7. illat. 6. cuius rei duplex solet adduci ratio ne
legatarius exinde arripiat occasionem delinquendi, non utendo boni viri arbitrio; alia
est ratio, q. testator nequit facere, leges locum non habere in suo testamento l. nemo potest 55. de
leg. 1. at lex desiderat cautionem, q. nequit testator eam remittere. docent Donel. lib. 10.
com. c. 4. Castillo de usufr. c. 15. Arias Pinelo in l. 1. p. 2. n. 75. c. de bonis matern. Petr. fab. in l.
94. de reg. iur. Helfricus Ulricus Hunius var. resol. iur. lib. 2. tr. 2. q. 24.

Non obstat quod cautio legator. seu fideicommissor. servandorum causa, quam proponit
Praetor in tit. ff. ut legator. potest remitti à testatore, quocunque indicio suae voluntatis
ita ut nec legatum faciat conditionale ~~adiectio~~ si non exegerit ab herede
cautionem. q. nec conditio intelligitur l. licet 12 ff. ut in poss. legator. l. 2. l. 4. C. eod.
l. Titia 77. § pater exheredato ff. de cond. et dem. — Sed R. ideo cautionem legatorum
servand. causa posse remitti, quia id permisit specialiter lex: ut constat ex l. 7. C. ut
in poss. legator. necessariumque fuisse ad id constitutionem D. Marci, cum nemo alias
posset facere ne leges locum non habeant in suo testamento ex vulg. l. nemo 55. de leg. 1.
Docet Cujac. lib. 7. resp. Pap. in d. l. Titia 77. Petr. fab. in l. non solent 94. de
reg. jur. qua explicatione ornandus est tex. in l. 6. § si autem l. fin. § 4.
C. de bonis quae liber. quibus juribus remittitur cautio, verum non à testatore sed
à lege, singularis enim subest ratio ex reverentia parenti debita
Ubi ergo non sit lex quae hanc cautionem de utendo viri boni arbitrio remittat
vigebit ratio illa quae impedit eius remissionem, ne scilicet occasio detur delin-
quendi, invitatur ad id legatarius, qui nulla praestita cautione usumfructum
habet: id quod non possum probare communem interpretum sententiam existimantis
testatorem * remittere cautionem, q. cum fuisset introducta in favorem
heredis, in eius praejudicium alienum favorem remittere non posse; he-
redem autem recte posse eius favori pro se introducto renunciare ex l. pen.
C. de pact. ac proinde remittere cautionem. Verum hoc quam falsum sit
apparet ex ratione à nobis nuper tradita; non negamus favorem heredis
concernere cautionem hanc, sed q. a eius remissione bonis moribus contrariam
ostendimus ideo à neutro fieri posse contendimus, q. et probat Helfric.
Hulric. Unius var. resol. iur. lib. 2. tr. 2. q. 24. et nos itidem probamus
ex eo q. ubi deficit timor, et occasio delinquendi remitti potest cautio fructuaria
ut in singulari specie l. usufructus § plane ff. usufructuar. quem. cav. ubi
proponitur testatorem legasse Titio proprietatem ex die, usumfructum pure
et ait Consultus remittendam cautionem fructuario, quia certum est proprietatem
perventuram ad eum vel heredem eius, quasi diceret Consultus
remittenda est cautio, cum nullus sit timor, quod rebus fructuariis abutatur
ille, qui plenum dominium necessario sibi acquirendum spectat; qua in re
misere lapsum Helfricum Ulricum Hunium doleo, aiebat author
iste proprietatem fuisse legatam sub conditione, cum tex. dicat ex die
et non animadvertit Helfricus non eamdem esse rationem legati relicti ex
die, et relicti sub conditione, in illo remitti cautionem certum est, in
hoc non posse remitti verius puto, propter incertum conditionis, q. et depro-
mere licet ex ipso tex.

quibus consequens est neque proprietarium constituentem inter vivos usumfructum
posse remittere cautionem, quia aeque ex tali remissione facta inter vivos, invitaretur
fructuarius ad abusum, et sic ad delinquendum; neque enim conventio quae turpem con-
tineat causam valida potest esse l. 27. § 4. ff de pact. l. 5. ff. de pact. dot. docet
Donel. lib. 10. com. c. 14. Helfricus Ulric. Hunius ubi s. q. 25. licet in contraria sententia
abeant Cyno. Bald. Salicetus, Paul. fulgosius, Sichardus ad l. 1. C. de usufr. et alii relati
à Castillo de usufr. c. 15. n. 14. et seqq. — contrarium tamen est in cautione legatorum

* non valere

quam cum, recte et heres et ttr. possint remittere, ideo et pactionibus ab herede cum legatarijs interpositis peti recte prohibetur l. pactum 46. ff. de pactis: ut late persequit ~~[illegible]~~ D. Josephus de Retes lib. 2. disput. Triphonini ad eum tex.

Ex predictis etiam infertur remissionem cautionis à ttre factam, rejici, atq. pro n. scripta haberi, non vero vitiare legatum usufr. quia, cum remissio illa sit bonis moribus contraria, ut supra diximus, si legato adjiciatur debet rejici arg. §. impossibilis inst. de hered. inst. docet Bronchorst. 1. assert. 89. Hillyger ad Donel. lib. 10. c. 15. lit. C. Castillo et ab eo plures relati. de usufr. c. 15. n. 30. à qua sententia recedit Helfric. Ulric. Hunius lib. 2. var. resol. tr. 2. q. 26. sed quibus probet argumentis videamus; adducit tex. inst. et si usufr. 7. ff. usufr. quem. cav. ubi proponitur heredem tradentem rem usufructus nomine, posse ipsam vindicare si non satisdedisset fructuarius ex quo inferebat Hunius inutile fieri legatum ex adjectione remissionis cautionis à ttre facta, siquidem in h. tex. inutiliter constitutus usufr. apparet ob id solum quod n. satisdedisset fructuarius, ergo multo magis si cautionem remisisset ttr. Sed quam ficulneum sit ratiocinium quis n. videt? certum e. omissa satisdatione inutiliter constitui usumfructum, sed n. est verum legatum usufructus inutile fieri, cum possit fructuarius omissam ab initio cautionem, postmodum prestare l. 5. h. n. tit. 2m. argumentum quod adducit Helfricus pro nobis facit ait ille, pro infecto haberi, quidquid contra leg. est factum l. 1. c. de leg. ergo si contra leges remittatur cautio inutile redditur legatum: nego sequelam, potius hanc debebat deducere consequentiam ergo quia contra leg. fuit remissa cautio, debet pro n. remissa haberi, ergo utile remanet legatum.

Quae usq. de remissione cautionis in vero usufructu firmavimus, potiori iure et ratione debent in quasi usufr. observari, ex eo quod in hoc sit de substantia cautio; quod ergo e. de substantia alicuius actus, nequit remitti ~~[illegible]~~ omitti

heres concidere quantitatem: iam torqueat me haec consideratio prius

Oppono inrulgatum tex. ex l. duos separatim ut. π de usufr. legato, ubi separatim relictus duob. usufr. proponitur, et afirmat Celsus ita utrique solidum deberi, si appareat id testatorem voluisse, eo namq. capite alteri usufr. rei praestabitur, alteri usufr. aestimationis: ex quo sic non leviter ~~[illegible]~~ d.ª nos expendebat tex. ipsa iuris ratio expostulat utriq. deberi solidum legatum quando separatim (ut inquit tex) diversis orationib. utriq. relinquitur tx.ª Ulp. in fragm. tit.º 24. §. 13. at in usufructo separatim duob. legato non habetur ratio nisi voluntatis testatoris, q.º quia iuris ratio n. idem efficit in usufr. duob. ~~leg~~ separatim legato, ac in qualibet alia re: sed hoc requirit ex alio capite provenire, mror quod n. possit, usufructus aestimationis constitui omnium rer. usumfr.ª constitui firmavimus.

q.º perperam R. in hoc tex. n.º fuisse heredem ~~[illegible]~~ separatim damnatum uti frui sinere, hoc e. usumfructum n.º fuisse relictum diversis orationib., quo sane casu proculdubio uterq. legatarius solidum habuisset ex reg. sup. ab Ulp. deducta sed fuisse damnatum uti frui sinere separatim hoc est sibi vel diversis temporib. vel diversis partib. quo casu non aliter solidum debetur, quam si testator solidum utrumq. voluisset habere: quomodo intellig. d. tex. omisso Cujacio qui existimat Triboniani esse illa verba si test.or utrumq. solidum habere voluit in recitat. ad illum tex.

obs.r l. 1. eod. tit.º de usufr. leg. R.r ut per fabr. in rat. ad l. 1. d. tit.º

Mª Joseph.

Ad Titulum ff. de Annuis legatis & Fideicommissis =

N. 1.

Si in singulos annos aliquid legatum fuerit, plura sunt legata: 1m purum, reliqua conditionalia. ideo si legatarius decedat, legatum in heredem non transfert l. 10. l. 11. l. 12. in pr. cum §§. seqq. l. si cum prefinitione 20 l. cum in annos 23. & l. firmio 26. §. fin. ff. quando dies legati cedat l. 1. in pr. ff. quando dies ususfr. legati cedat l. 1. §. si in annos 16. ff. ad leg. falc. l. pater 101. §. ult. ff. de cond. & D. l. senatus 35. §. ult. de mort. causa donat. l. 8. §. sive 3. cum seqq. ff. & §. si in annos 23. ff. de transact. l. talis 30. §. sed si 3. de leg. 1. reliqua f. legata conditionalia sunt, habent illam tacitam conditionem si legatarius vivat, & quamvis conditiones tacitae non soleant legata reddere conditionalia l. conditiones 99. ff. de C. & D. illud solum obtinet in conditionibus extrinsecus non ex testatoris & testatoris voluntate venientibus; veluti in conditione si heres adierit, quam ius tacite inducit, in conditione si natus fuerit cum legat, quod ex Arethusa nascetur, quam conditionem ipsa natura rei inducit: quomodo accipienda d. l. conditiones 99. ff. de C. & D. & l. 6. §. 1. ff. quando dies legati cedat. At conditiones quae tacite insunt ex voluntate testatoris qualis est conditio si legatarius vivat in legatis annuis legata facit conditionalia ut aparet ex l. in singulos 4. ff. h. n. tit. conveniunt l. quod pure 6. in pr. ff. quando dies leg. ced. & l. legatum 95. de C. & D. explat Barth. in d. l. 99. Cujac. in recit. ad l. à vobis 5. h. tit.

N. 2.

Hinc 1º dubitat quid dicendum sit si testator legatario & heredibus eius aliquid annuum reliquit? dicendus tamen eo casu legatum perpetuum esse nec legatarii morte extingui sed in eius heredes in infinitum transferri l. in annalibus 22. C. de legatis, quoniam heredum appellatione omnes etiam heredum heredes continentur l. immunitatis 4. ff. de excus. immunitatis l. heredes 65. ff. de V. S. convenit l. 3. de petit. heredit. l. 2. §. fin. de liber. legata ~~l. 1. §.~~ fin. ff. de adquir. hered. Raguellus ad decis. Iust. in l. annalibus 22. C. de leg. & in l. ult. C. de her. inst. Nicolaus Bellonus lib. 4. supputationum c. 16. Merilius ad 50 decis. Iust. in l. antiquitas 14. C. de ususfr. c. 16. Nec idem esse in ususfr. relicto heredi decernit Iustin. in l. antiquitas 14. C. de ususfr. existimaverant plerique Veterum (Proculeiani forsan ut suspicat Merilius d. c. 16.) appellatione heredis in specie d. l. 14. in infinitum omnes heredes comprehendere, sicque inutile effici legatum propietatis, ad quam vix reddere posset ususfructus l. 3. §. 2. l. 56. ff. de ususfr. & quemadm. quis utat. Petr. fab. lib. 1. semestr. c. 8. Ant. Agustin. lib. 2. emmendat. c. 10. Goveanus lib. 2. var. c. 6. Sidonius lib. 9. epist. 11. Videtur etiam sibi transmissa propietas, ~~quae~~ cui usus absque temporis fixi prescriptione transmissus est. ~~alii putabant~~ Sabiniani putabant legatum propietatis inutile futurum, quamvis ususfr. remaneret apud heredem l. ususfr. 6. ff. de ususfr. & quemad. l. 4. ff. si ususfr. petatur. l. qui ususf. 36. §. 1. ff. eod. ubi Cujac. l. 5. ad Africanum sed melius in subtili quaest. à Paulo lib. 10. agitata quae proslat in l. Sempronius Attalus 26. ff. de ususfr. l. tot ~~neque credebant testatorem cogitasse nisi de~~ ~~hominis~~ finiri; neque credebant testatorem cogitasse mortemque primi heredis aut capitis, nisi de primo herede, non de secundo ~~qui~~ testatori incerto atque incognito, nisi relegaverit, etiam secundo heredi, tunc ad ipsum pertinebit ususfructus l. repeti 5. ff. quibus mod. ususfr. amitt. quo casu non tam ipse ususfructus quam novus alius constitui videt ut recte notat Accurs. in d. l. 5. & ibi fab. in rationali nec in infinitum omnibus heredibus relegatus videbit, sed illi solum heredi de quo testator expresse caverit, ne alias inutilis rederet propietas ut recte fab. in rat. ad d. l. 5.

l. 194. de R. Iur. l. 2. C. de in litem iurando facit illud Horatii: heres, heredem alterius velut unda, supervenit undam. nec longe Symmachus: bona instar undarum, ac fluctuum à sucedentibus sibi dominis occupari. confer l. si à pluribus 44. ff. de leg. 1. l. si plures 48. de leg. 3. quas in id expendit Barth. in l. Sallus §. & si parente, alias §. sequenti 13. ff. de liber. & post.

8. de ususfr. l. 16. C. ususfr.

de cuius explicatione vide plenissime Amaya lib. 3. c. 9. in edit. coloniae

puro

Sed vt non valeat legatum annuum Titio & heredib. eius relictum in perpetuu id facere videt., quod respectu heredum, incertis personis & tt[itu]lo incognitis apparebat relictu; lessari autem incertis personis utiliter n. poterat, & exhac parte inutile fit legatum

N. 3. Perpetuum etiam e. legatum annuum si relinquatur civitati, templo, vel licito collegio l. annuam 6. l. annua 20 §. Attia 1. in f. l. quidam 23. l. cum erat 24. ff. h. tit. l. sancimus 46. §. si vero 9. & l. presens 57. C. de episcop. & clericis & sentitq. Rogerius contra Hugonem relatus ab Accursio in l. 8. de vsusf. leg. & ibidem à Gotophredo quem sequit. Cujac. in d. l. 6. & 24. h. tit. Adeoq. illud perpetuum ee existimo, Vt censeam etiam aratrum passa civitate non finiri, s. ad illum spectare debere, ad quem spectant predia, & opia reliqua Civitatis, Principem scil. Vnde si Princeps civitatem aliquam deleri iubeat, aut collegium, quemadmodu fiscus reliqua bona eius civitatis, vel collegij publicabit, ita & publicabit annuum hoc legatu

~~Nec obs~~

N. 4. Nec obstet exemplum legati vsusfructus quem si civitati, vel collegio relinquat in centum duntaxat annos durare dicitur in l. si vsusfructus 8. ff. de vsusf. leg. & decantata 1. C. Gaij senta in l. in singulos 8. ff. h. tit. qua equiparat legatum annuum, legato vsusf. etiam cum de amissione tractatur ~~quibus~~ & alijs argumentis n. ficulneis; Post Hugolinu & Accurssium in l. si vsusfructus 8. ff. de vsusf. leg. Barthol. in ea senta e. vt credat idem ee in vsusf. legato civitati, ac in legato annuo, quem manuductoq. sequti sunt Alex. in l. 2. n. 2. ff. soluto matr. Lancellotus Decius illic Vincentius de Herculanis, & Joanes à Ravenna in l. annuam 20 §. 1. de annuis leg. Alexander in l. 3. §. vlt. n. 7. ff. ad leg. falc. & consilio 60. incipit Omisso multiloquio lib. 1. cum alijs quorum meminit nr. Covaruvias lib. 3. var. c. 9. n. 10. Quib. addo Albericum in l. annuam 6. ff. h. tit. Castrensem in l. 3. §. vlt. n. 2. ff. ad leg. falcid. Gregoriu Lopez in l. 26. tit. 31. part. 3. gl. 1. = Contrarie & receptioris senta author e. Rogerius ab Accurs. citatus in d. l. 8. de vsusf. leg. quem sequitur, Cujac. in l. 6. & 24. h. tit. & fere omnes iuris interpretes. Cumanus in d. l. annuam 6. Dinus in l. in singulos 8. h. tit. Angel. Cuman. & Socin. in d. l. 3. §. item si reipublice ff. ad leg. falc. Panormitanus in c. vlt. ad finem extra de testam. Jaso & Ripa in l. 2. ff. soluto matrim. idem Jaso fusius in l. videamus §. deferre n. 9. ff. de in litem iurando Hypolitus Riminaldus cons. 219. n. 11. lib. 2. Peregrinus de fideicomis. artic. 19. n. 11. Simon de Pretis lib. 4. de interpret. vltimar. volunt. solut. vlt. n. 12. Covarruv. lib. 3. var. cp. 9. n. 10. Thomas Parpalias in d. l. 2. n. 7. cum duob. seqq. & n. 15. Joanes Crotus ibidem n. 2. ff. soluto matr. Molinaeus in consuetudinibus Parisiensibus §. 92. Ant. Gomez lib. 2. var. c. 15. n. 18. vers. tertio infert Castillo de vsusf. lib. 1. c. 61. n. 20 Donel. lib. 8. com. c. 24 Duaren. in paraphrasi ad tit. ff. ad leg. falc. c. 8. Govenus in l. 3. §. vlt. n. 3. ad leg. falc. Albericus parum sibi constans in d. l. 8. de vsusf. leg. Beloius lib. 3. varior. c. 6. Lara de aniversarijs lib. 1. c. 4. n. 1. quos omnes congerit, melioris iurisprudentie lumen, & columen D. D. fr. Ramos in extemporanea dissertatione ad d. l.

& in rubr. & l. pen. ff. tit. & in l. si stichus §. vlt. ff. de Verb. obl.

N. 5. Differentiae ꝗ. ratio n e longinquo arcessenda, immo ad manus & in numerato posita: quippe legatum usufructus civitati relictum ideo longaevi hominis vitam intuemur, & centum annorum cancellis circumscribimus ne inutilis, maneat proprietas semper abscedente usufructu; at in legato annuo n idem inconveniens potest considerari, siquidem annuo legato relicto reipublicae, collegio aut corpori creditur ppietas legata, nec e exinde qui possit lædi = Nec obst. quod posit etiam usufructus civitati relictus finiri capitis diminut. civitatis, veluti si aratrum passa esset l. si usufructus 21. ff. quib. mod. ususfr. amit. aut posset etiam non utendo finiri l. Mevius 66. §. fin. de leg. 2. quia neutrum casum spectari visum fuit, primum quia tristis adeo l. inter stipulantem 83. §. sacram de V.O. secundus q. irregularis adeo ut facile contingeret proprietatem inutilem perpetuo manere si foret spectandus = veruntamen si id antea acciderit, extinguetur ususfructus velut in quolibet alio.

N. 6. Inde ambigi potest si annuum legatum caducum, vel in caussa caduci fiat forte quia incapaci relictum sit, vel legatarius decesserit, aut conditio defecerit ante mortem testatoris vel ante apertas tabulas x. l. unicam §. cumque simplici 2. cum duob. segg. C de caduc. toll. & Ulp. in fragm. tt. de caduc. an tunc fisco legatum annuum in perpetuum quaeratur. Cum n. fiscus decedere n possit, videtur hoc legatum ei quaesitum perpetuum futurum: sicut si civitati fuisset relictum. Nec enim quis putet in legato annuo idem futurum quod in ususfr. in quo cessare ius caduci probatur ex l. si ab eo 9. ff. de usufr. leg. & l. si filio 33. ff. de usufr. in quibus etiam decedente vivo testatore legatario ususfructus, ac sic x. regulas caducorum in causa caduci futuro legato ususfructus ex d. l. unic. §. cumque simplici dicitur usumfructum vel apud heredem mansurum, vel apud dominum ppietatis, si non heres sed alius habeat ppietatem. Quod & optime observat Cuj. in l. 8. h. n. tt. & in l. si ab eo 9 ff. de usufr. leg. Non inquam quis putet idem dicendum in legato annuo, quia in legato ususfructus ideo caducis locus n e, quia fiscus tenacissimus est, ac raro quod semel accipit solet dimittere l. 2. C de requir. reis propterea si in illum caderet, ut caducum, legatum ususfructus inutilis perpetuo fieret proprietas. At in legato annuo cum non sit hoc periculum, quippe nihil impedit illud in perpetuum fisco deberi, sicut solet in perpetuum deberi civitati, nulla ratio e, quae videatur impedire hoc legatum caducum fieri: & sane caducum fieri posse sentit Cujac. in l. 8. h. n. tt. = Attamen puto n in perpetuum fisco adquirendum sed dum vivat legatarius, & tabulae testamenti apertae n sint, quoniam legata quae cedunt segg. annis post aperturam tabularum nulla ratione poss. fisco deberi quemadmodum nec legatum cuius conditio post apertas tabulas defecisset fisco deberetur; quippe licet aliud probari possit ex l. cum filio xi. tt. & ideo de leg. 1. ut quandoque tentasse memini, tamen contrarium verius est, respondendi q. poterit d. l. filio xi. ex traditis à Costa in §. et quid si tantum §. p. n. 86. & Goveano lib. 2. var. c. 32. Cujacio lib. 9. quaest. Pap. in d. l. xi. & lib. 10 obs. 38. Contio lib. 1. disput. c. 1. =

N. 7 Hinc cum legatum annuum civitati relictum perpetuum sit, sequitur ee incipiendum quatenus eius contributio fieri incidat in computatione legis falcidiae, & quatenus ex eo falcidia deducenda sit? Quod ut plenius explicetur prius videamus quatenus eius contributio fiat, & quatenus ex eo falcidia deducatur si privato relictum fuisset. & sane tunc idem dicendum erit in annuo legato quod in legato ususfructus, & in utraque distinctione utendum. Si contributio facienda e ratione duntaxat ipsius legatarii, cum forte n aliud legatum fuisset relictum, & illud solum dodrantem excederet, tunc ab ipso primo anno quarta pars ex illo sicut ex corporibus deduci poterit, siquidem tam ususfructus quam annui legatum facile patitur divisionem l. 1. §. si ususfructus 9. ff. ad leg. falc. l. 81. eod. At si primo anno n excedat dodrantem, si suspicio sit si per plures annos duret, forte excessurum, tunc in solidum praestabitur legatum cautione accepta à legatario, quanto amplius acceperit reddi l. 1. §. si in annos 16. ff. ad leg. falc. quippe si postea annus venerit quo quid legatum videat q. leg. falc. retro omnia legata [struck through] singulor. annor. imminuta videntur l. lex 47. de leg. falc. = Enimv. si contributio facienda sit ratione caeterorum

p

legatariorum. Vt constet quantum sit in legato usufr. vel annuo, et consequenter an Falcidiae locus fiat, vel in id, cum illud duntaxat legatum fuerit, facienda sit, vt constet an ipsum excedat dodrantem, aestimatio eius legati facienda erit d. l. 1. § usufructus 9. ff. ad leg. falc. quam dupliciter fieri posse iura doceant: primo enim taliter potest hoc legatum aestimari quanti vendi posit l. cum tibi 55. ff. ad leg. falc. l. conducit l. si quando 6. ff. vt legator. seu fideicom. quamvis enim alias in legatis conditionalibus non spectet quanti venire possint, sed cautionibus interpositis res temperari debeat l. in lege 45. § 1. ad leg. falc. tamen expecialiter a reliquis legatis conditionalibus excipiuntur legata annua vt putat Donel. lib. 8. com. c. 24. in fi. quoniam in aliis legatis conditionalibus unum est legatum, cuius aestimatio veniente conditione certa est, ante conditionem autem nulla videtur, quare cautione interposita heredi satis prospicitur. At in annuo multa sunt legata l. 4. de p. n. tt. singulis annis cadentia, unde ne singulis annis nova fieret inductio falcidiae, expeditius visum fuit tanti annuum extimari quanti vendi possit = 2°. Alio modo potest fieri huius legati aestimatio facta scilicet computatione annorum, quibus credibile sit legatarium superviturum communi doctr. l. computationi 68. ad leg. falc. quamvis enim eam computationem non admitat Goveanus ad ipsam l. 68. in legato annuo alimentorum nomine non relicto immo nec in legato usufructus, adeo vt ad propriam sententiam necesse habeat receptam omnium exemplarium lectionem turbare ac pro usufructus legere usus, tn verius est, et eam computationem locum habere in quocunque legato annuo, heredemque eligere debere aestimationis computationem, quam sibi conducibiliorem putaverit, vt recte Donel. d. l. 8. com. c. 24. et Osuald. in not. lit. Q.

Hoc g. supposito videamus qualiter computatio aestimationis facienda in legato annuo relicto civitati. et eam facile nos docet Paulus ex sententia Marcelli in l. 3. § 1. ff. ad leg. falc. dicens tunc ad eam computationem faciendam tantum videri legatum, quantum sufficiat sorti ad usuras trientes eius summa, quae legata est colligendas. Usurae trientes levissimae erant, quippe erant pars 3.a usurae centesimae, quae gravissima erat. Unde Capitolinus in Antonino Pio foenus inquit trientarium exercuit vt plurimos adiuvaret. Usurae centesimae reddebant 12 singulis annis, ex centum, Vocabaturque centesima vel quia singulis mensibus centesimam partem sortis reddebat, vel quia centum mensibus aequabat sortem. Ergo usurae trientes reddebant ex centum quatuor. Iuxta quod si quatuor annua civitati relicta fuissent, perinde habebat aestimationis computatio ad leg. falc. ac si centum semel fuissent relicta; quia scilicet vt ait Marcel. tantum videtur legatum quantum sufficiat sorti ad usuras trientes eius summa, quae legata est colligendas: Centum porro si foenori trientario darentur, singulis annis redderent quatuor, quae annua civitati relicta erant. Ergo hinc apparet aestimationem hoc casu tantum fieri videri 25. annorum quoniam quatuor annua implent centum annis 25. Unde difficile fit quod dicitur in l. computationi 68. in f. prin. ff. ad leg. falc. si scilicet usufructus legetur reipublicae tunc ad rationem ineundam legis falcidiae computationem faciendam 30 annor. hoc est perinde faciendam esse huius legati aestimationem ac si 30 annis sit duraturum. Cum g.o in legato usufructus quod perpetuum non est, sed in centum duntaxat annos vt supra explicuimus ex l. 8. de usufr. leg. et l. 56. de usufr. computatio fit annor. 30. Igitur in legato annuo quod omnino perpetuum est, nec praefinitum tempus habet, non facienda erat computatio annor. 25. sed longe plurium annor. = Petit huius tex. difficultas vt id paulo altius repetamus. Usufructus legatum relictum civitati in centum duntaxat annos durat, vt supra dixi attamen in computatione falcidiae, triginta tantum annorum ratio habetur, vt dicitur in l. computationi 68. in f. prin. ratio pendet ex eo quod cum tali legato ad instar longissimae vitae hominum praefinitum sit tempus centum annor. vt dicitur in d. l. 8. de usufr. leg. et l. 56. de usufr. vt post hoc tempus reddeat ad proprietatem usufructus ne eo semper abscedente inutilis maneat proprietas visum fuit in imponenda lege falcidia 30 annor. rationem habendi nimirum quia cum usufructus civitati relictus perinde habeatur, ac si infanti, quem longaevum fore speramus relictus esset, et in legato usufr. infanti relicto ad deductionem falcidiae 30. anni computentur, nec amplius extendatur l. computationi 68. ad leg. falc. quia

quia quamvis licet vita hominis usque in 100 annos durare possit credatur l. 1. 6. et l. 56. tn ob incertum mortis, quae aliq. praematurior esse solet visum fuit medium aliquod tempus eligi, cuius computatio fieret; ad cuius instar et in legato ususfr. relicto civitati, ut pote quod in centum annos extendatur ad similitudinem longissimae vitae hominis, visum quoque fuit computationem fieri duntaxat 30 annor. cum de ineunda ratione legis falcidiae ageretur, Ut recte Cujac. lib. singul. de praescript. c. 38. et ad novel. 7. Iust. ubi pluribus exemplis illustrat et probat hominibus saepissime comparari respublicas, et ingenue ut solet acceptam refert hanc interpretationem Patritio qui lib. 2. tit. 12. apud Harmenopulum ita exponit =

Ex his exit praecedita difficultatis respondendum est cum Barthtolomeo Socino in d. l. 3. §. fin. ad leg. falc. ex eo quod ususfructus legatum Reipublicae relictum n. perpetuo duret sed in 100 duntaxat annos, fieri computationem ad ineundam rationem legis falcidiae habito respectu annor. quibus credibile sit duraturum ac proinde 30 duntaxat annor. computationem fieri electo medio isto tempore, quoniam et durante possit eversa, vel exundata (Ut Varronis verbo utar) civitate, vel aratrum passa finiri. Ex eo autem quod legatum annuum perpetuum sit nullam fieri annor. computationem quoniam nullum sit huic legato praefixum tempus, sed viam quaesitam, qua perpetuo nulla facta annor. computatione, quibus legatum duraturum sit intentioni legis falcidiae consulatur: hanc vero inventam facta attributione sortis, quae sufficiat ad usuras trientes colligendas eius summae, quae legata sit. Quod sic Socini confirmat ex eo q. in legato annuo infanti relicto 30 etiam annor. computatio fit ut decit in l. computationi 68. nec ad trientarii foenoris computationem recurritur ex ratione scil. expensa. Quod plenius et planius explicuit Praeceptor meus animitus amatus D.D. Laurentius Santos de S. Pedro ad Antionem in d. l. 1. §. 9. ad leg. falc.

Insuper dubitari pot. an legata sequentium annor. post primum, quae conditionalia dicuntur in l. in singulos 4. h. n. tit. cedant debeantque incipiant initio cuiusque anni, anve in fine, anno scil. transacto, consequenterque an decedente legatario initio anni adhuc redem proprium eius anni pensionem transmittat? Et dicendum e. contrae re eam notatu dignam differentiam inter legatum ususfr. et annuum constitui, quod eius anni quo fructuarius vita decessit, fructus qui nondum percepti fuerant ad heredem eius n. pertinent et si cum maturi moriente fructuario fuerint l. 13. quibus mod. ususfr. amit. quia nondum fructus erant quo tempore fructuarius vita decessit, sed erant pars fundi l. 25. §. pen. de usur. ac propterea cum fundo eunt ad propietatem. At vero eius anni, quo decessit is cui annum legatum a relictum integrum legatum integra pensio ad heredem eius transmittitur l. a vobis 5. h. tit. l. 1. C. q. dies legati ced. Expaque. Cujac. in dd. iurib. et in l. 8. h. eod. tit. quia quemadmodum testator primi anni legatum purum ee voluit, ac primi die n. expectato fine anni relictam summam praestari, ita et in sequentibus annis, qui ab illo primo formam accipere debent, voluisse creditur. Itaque hoc legatum annuum quamvis plerumque alimentor. noie relinquat tamen plurimum distat hac parte, a simplici legato alimentor. q. in legato isto initio cuiusque anni integra summa debetur. At in simplici legato alimentor. minutatim in dies, et horas singulas, ea praestantur ut insinuat l. 3. cum aliis, de alim. leg. et explat Cujac. ad rubr. ncti tit. Item et ex eo hoc legatum initio cuiusque anni cedere intelligitur q. testator in id legavit, ut legatario consuleret, illique provideret, ut eo se tueretur, Unde cum initio anni incipiat egere, nec debeat illi pro parte praestari legatum arg. l. 21. de reb. cred. consonum e. ut totum legatum statim illi praestari debeat, totumque statim ex voluntate testatoris cessisse intelligatur: quapropter q. aliam licet capere voluntatis testatoris conjecturam cum in habitationem vel disciplinam aliquid annuum legavit iisdem dictis intelligitur cedere legatum, quibus pensio habitationis, vel mercedis disciplinarum debeatur l. 12. §. 1. q. dies leg. ced. idemque ex fortiori ratione erit cum testator legatum annuum expresse peracto anno solvi iubeat ut in l. 8. §. 6. ult. quia deinde ff. de transact. Nec obst. l. habitationis 10. de usufr. leg. ubi habitationis legatum in singulos annos relictum, dicitur cuiusque anni initio cedere. Nam omisso Cujacio in ipso tex. dicendum cum Bartho. ibid. quod in eo tex. n. pecunia ad habitationem, sed ipsa habitatio relicta e. cuius legatum incipit cedere initio cuiusque anni quoad hoc ut inspiciatur capacitas legatarii, et habitare incipiat, non quoad hoc, ut transmittat legatum ad heredem, q. morte legatarii finitur nec assentior Cujacio aliud sentienti.

Supradictis ob. l. si in annos 49. ff. de cond. et dem. ubi si in annos decem heres alicui dare summam damnetur, novissimo eius temporis die, deberi dicit. R. cum

cum Cujacio in tit. quando dies leg. ced. ibi non in singulos annos legatum relictu sed unam summam in certum tempus, hoc est in decem annos. Nec interest aliquid, cum legato in 10 annos singulis annis usq. ad decennium impletum deberi. Nam R. in hujusmodi aliud ee, quia cum sua natura dividatur in annos, dies vel menses, nec unica prestatione finiatur, ut certa pecuniae summa, ideo in singulos annos relictus existimat et singulis annis debet l. quaesitum 37. ff. de usufr. et notat Cujac. loco citato.

Hinc explicandus tex. in l. filiae meae 22. ff. h. tit. Ubi si testator filiae suae in annos singulos quotiescumq. vidua esset legasset centum, dicit si filia minus annui tempo-ris vidua fuisset, non ideo minus integri anni pensionem petere posse, quoniam ut nuper dicta initio anni cessit legatum, deberiq. cepit. At obstare videt l. si quis ita 8. ff. de C. et D. Ubi si Maritus Uxori suae legasset centum in singulos annos dum cum filio suo esset, et latitans fugiensq. Patronum à filio discesserit aliqua parte anni dicit ejus anni pensionem deberi, quoniam non animum mutavit habitandi habendi secum filium. Quo aperte insinuatur si animum habuisset liberos secum amplius non habendi legatum non deberi etiam eius anni, quo iam coeperat cum illis vivere. Unde inferri videtur etiam in d. l. filiae 22. cum filia ante annum impletum vidua ee desiisset, hoc est contraxisset matrimonium, ac proinde omnino animum mutasset, in viduitate durandi, etiam ejus anni legatum, sive pensionem illi non praestandam. Difficultatem agnovit Costa lib. 2. Select. c. 18. explicatq. accuratissime. Supponendum q. est si legatum annuum relinquatur sub ea conditione, dum cum filio habitaverit et plura ee legata et singula initio cuiusq. anni cedere, attamen perseverantiam habitationis per totum annum requiri, ut legatum possit habere legatarius ne aliàs malitijs indulgeretur, si posset legatarius initio cuiuslibet anni cum liberis una biduo, vel triduo habitare, mox recedere, et nihilominus legatum annuum capere. Qua propter ut censeo quamvis non videam expressum à Costa legatario initio cuiusq. anni si impleat conditionem praestabitur legatum, attamen ad exemplum legati cum modo relicti cautio exigetur de perseverantia habitationis per totum annum, cuius vi repetetur ab illo quantitas praestita, si aliqua parte anni cum filio testatoris habitare desierit, nisi forte casu contigisset, aut per eum non stetisset quominus habitaret. Unde in l. si quis ita 8. ff. de C. et D. cum Uxor à liberis discessit casu latitans patronum sine animo discedendi à liberis conservatur illi legatum quod acceperat, q.a non videtur per eam stetisse, quominus impleat conditionem. Nec obs. quod ex Cumanis opponit Costa ubi s. conditiones promiscuas etiam si casu non implentur deficere intelligi, et inutile reddere legatum l. in tit. 31. ff. de C. et D. Nam R. cum Costa eam regulam illud duntaxat efficere, ut si Uxor aliquo casu etiam fortuito impedita non potuisset habitare cum filijs aliqua parte anni, amitteret ejus anni legatum, nisi forte per liberos stetisset quominus cum illis habitaret: non vero efficere ut legatum quod iam cesserat, quia parte anni cum filijs habitavit, ammitteret ex eo quod casu fortuito coacta ante impletum annum discessisset. Nec item obst. d. l. filiae 22. ff. h. tit. nam R. ibi conditionem adjectam, quae non requireret perseverantiam quippe Pater filiae annuum legaverat dum vidua esset in solatium viduitatis, non ut eam arceret a nuptijs: quapropter cessit legatum primi anni ex eo quod quacunque illius parte vidua esset, nec requiritur ut non ammittat legatum quod in viduitate perseveret, quia non id voluerat pater.

Difficilior videtur tex. in l. Julianus 17. §. 1. ff. ex quib. caus. maior. Ubi si alicui annuum legatum relictum sit in singulos annos, quibus in Italia fuerit, et aliqua parte anni casu Reipub. causa abfuerit dicitur restituendus ex clausula eius tit. ff. ex quib. caus. maior. cum tn si verum esset legatum cessisse initio anni quo in Italia fuerat posteaq. non ammitti ex eo quod casu non voluntate sua affuisset, consequenter dicendum fuisset restitutionem in eo tex. non fuisse nariam. Verum respondendum e cum ipso Costa d. lib. 2. c. 18. n. 3. ibi non agi de legato ejus anni, cuius aliqua parte in Italia fuerat legatarius: illud enim suo iure sine restitutione erat habiturus sicut et legata sequentium annor. quibus rediens in Italia habitasset ex doctr. l. pater 101 §. f. de C. et D. sed de legato reliquor. annor. quor. nulla parte fuerat in Italia horum enim legatum omnino inutile fuerat, quia conditio defecerat ex regula, quam nuper posuimus ex doctr. l. in tit. 31. de C. et D. ac ppterea naria fuit restitutio, ut ea legata illi praestanda forent. Quomodo et intellig. tex. in l. si quis Titio 41. ff. eod. tit. ex quibus caus. maior.

Superioribus praeterea difficilis e tex. in l. qui quatuor 30. §. Uxori 5. de leg. 3. Ubi si maritus Uxori annuum legasset, dum cum filio Capuae esset, dicit si filius à Matre migrasset legatum deberi nihilominus toto tempore, quo Capuae ambo habitassent et si simul non habitassent. Sin autem in aliud municipium transissent tantum deberi legatum eius anni, quo simul habitassent quantolibet tempore. Quod difficile est quia si 1.o casu ideo legatum oibus annis, quibus Capuae quamvis non simul habitaverint debetur, quia filius à Matre migravit, non mater à filio hoc e per filium non per Matrem

[Right margin, lower:] † ponere inponere [illegible] l. 5. § generaliter [illegible] omnis occisus de [illegible] et hoc coram iudice possit cognoscere l. 1. C. ubi causae [illegible] ex ultimis [illegible] defunctis homicidio [illegible] prius accusari possit [illegible] coram procuratore quia cum crimine mortis extinctus non [illegible] de bonis quaeritur [illegible] tit. dicit

[Left margin:] † l. 2. §. ult. si quis aliquem testari prohib.

[Left margin:] petere bona

Cujac. lib. 18. obs. 6. defendit Azonis sententiam, sed q.d potius
placet, quam sua distinctione proponit Amaya lib. 3. obs. 8. paucis
perstringam. Si Dominus occisus dicatur à familia vel in domo sua
Ass.o 1.a vel extra vi admota l. 1. §. 20. tunc nequit heres hereditatem adire
aut miscere se hereditati, vel bonor. possessionem petere, aperire, reci-
tare describere tab. tti. ante quaestionem de familia habitam; qui secus
fecit si aperuerit, recitaveritve populari actione tenebitur in C. au-
reos l. 25. §. 1. h. tt. si adierit hereditatem publicatione bonorum
mulctabitur. Si vero testator occisus fuerit ab extraneo non in domo
sua sed extra, tunc q.a nulla culpa, aut negligentia servorum
potest considerari, poterit heres aperire tab. tti. non e.t q.d timeatur
heredem facinus occultaturum, propter compendium suum, siquidem
nihil de servis illo casu suspicatur: Verum adire hereditatem non
poterit, tunc enim incurreret notam ingrati, et indignus efficeretur
quam distinctionem comprobat Barth. ins. d. l. 5. §. 1. et l. in cogni-
tione 13. h. tt. et Castrens. ins. 3. C de his quib. ut indig.

2.a Omnes ergo heredes vel eos qui loco heredis sunt officiose agere
circa defuncti vindictam convenit l. patrones 21. ff. de his quib. ut
indign. l. 15. §. ult. h. tt. et in Patrono ab initio credebatur ex eo
q.d iure suo veniant ad portionem sibi debitam ex bonis liberti l. 1. etc.
ff. de bonis libertor., nec possit ex facto liberti privari, aut
gravari, hinc videbatur n. teneri ad vindictam prosequendam
tamen contrarium verum est q.a ut recte Bald. Veteraeo Igneus
in rubr. l. §. fin. n. 8. non solum causa liberti, sed publicae utili-
tatis compellit Patronum ad vindictam, quam si praetermisserit
privabitur portione sibi debita, fiscoq. vindicabitur
Similiter Maritus (cui i.e. comuni dos adventitia defuncta in matrimonio
uxore, quaeri solet l. mulier 20 ff. de cond. ins. l. 5. de bonis damnator. ff. de fundo dotali l. celsus 22. ff. de religios.
l. 1. C si advers. dotem l. 15. ff. de fundo dotali) si uxoris necem ultus non fuerit eripitur dos ac fisco
l. 23. de liter.) ... ff. de his quae ut indig. l. cum mortem ff. et l. fisci
vindicabitur l. si qui 20 ff. de his quae ut indig. Si maritus occidisset uxorem
licet ins. l. si ab hostibus 10 ff. soluto matrim. si maritus ratio in eo
n. fiscus, s.d heredes uxoris eam adquirant, discriminis ratio in eo
consistit q.a marito occidente statim repetitio dotis heredibus uxoris com-
petit, at alio occidente competit marito, statimq. dotem lucrari, sed n.
potest retinere maritus, qui non vindicavit caedem uxoris; unde fisco
adquiritur, nec potest heredibus q.a n. fuit quaesita
à mariti tempore ita Cujac. in repet. ad l. 3. ff. de his quae ut indig. potuisse
s.d attendum nullo unquam modo inultam morte uxoris heredes necesse e.
eius heredibus adquiri repetitionem dotis; cum et ipsis heredes propter communem mariti
suponere inultam reliquisse, et absurdum esset propter communem mariti
lucrari dotem, qui eiusdem criminis participes committebant ob id he-
reditatem: alias enim si mors uxoris ab heredibus vindicata fuisset, nu-
llum crimen intelligeretur mariti si n. vindicavit argo leg. sororem 10.
C de his quae ut indig. cum atque ad illos, ac ad ipsum eius necis
vindicta pertinere videatur, et ab heredibus semel accusatum homi-
cidam n. possit maritus accusare l. si in. 11. §. fin. de accus.
et inscript. nec per aliquod temporis spatium ea ultio omissa fuerit

Qui metu S. C. edictoq. Praetoris perterritus distulerit adire hereditatem,
si decesserit transfert in heredes l. 3. §. 30. et 31. l. 4. h. tt.
utiles actiones quamvis stricto iure hereditatem non aditam in heredes ne-
queat transmittere l. unica §. in novissimo C de caduc. toll. l. 6. in f. l. 7. §. a
inoffic. tti. l. 1. C Theod. de legit. hered. l. 2. C Hermogen. de succes. q.a
finis S. C. est consulere defuncto, nec ideo debet nocere heredi, alit.
carboniano l. Scriptus 12. ff. de carbon: Verum si alia fuerit caussa
quae impediat adire ut in specie l. 3. §. ult. h. tt. veluti si verse orbe
rito, quis extraneus sit institutus; at si is fuerit qui posset cum
possessionem concurrere ab intestato, q.a omnino sem. ... est, vel ut
heres, vel ut bonor. possessor, datur interim bonor. poss.o quia n. debita si dece-

decesserit causa cognita idem beneficium in heredes transmittit
l. 4. §. fi. l. 5. ff. contra tab. l. ventre praeterito 84. de adq. hered.
Donel. lib. 7. com. c. 4. ubi Osuald. lit. g. Ant. Fab. lib. 14. conject.
c. 1.

quod superius manent firmata intelligenda sunt q.do dominus
occisus dicitur a familia aut praesente familia q. ad rem idem est
nam tunc non potest aperiri, recitari, aut describi tt.s ~~ei~~ hereditasque
adiri quam si habita fuerit quaestio de servis qui subfuerunt ut
veteres dicebant, hoc est qui sub eod. tecto fuerunt. at hoc S.C. cessat
quando Dominus necatus dicatur veneno, per insidias, aut vi carminis
l. 1. §. occisorum . necessarios §. ult. l. 20. et 21. ff. h. tt. l. 9. C.
de his quib. ut indig. cessat ergo ratio S.C.ti cum nullum auxilium
familiae, vel quisquam ferre possit adversus veneficiorum insidias
adeoque potest recte adiri hereditas, sed tenetur heres vindicare
mortem testatoris, alias si eam neglexerit ex lege Julia et Papia
eripietur ab illo hereditas quod mihi probat l. nec supina 6. ff. de iuris
et facti ignor. quae cum sit ex lib. 18. Ulp. ad leg. Jul. et Pap.
ubi Ulp. de ereptitiis egit ut apparet ex l. si totam 83. de adq. hered.
l. 16. ff. de iure fisci eiusq. d. l. nec supina 6. verba videntur aperte re-
ferri ad ipsam quaestionem, quae agitur in l. heredem 17. ff. de his q. ut
indig. de eo qui vindictam necis defuncti ignorans neglexerit, non impro-
babili conjectura dici poterit id ex lege Papia originem traxisse, quam
distinctionem recte interpretatur ~~Ulp.~~ Cujac. lib. 18. obs. c. 6. l. 6. et 8.
C. de his quib. ut indig.

Quod si neglexerit vindictam tt.is fiscus eripiet ab eo hereditatem cum omnibus fructibus
l. heredes 17 l. eius qui 1708. l. ff. qq. ut indig. l. 1. C. eod. nec actiones adicione
hereditatis confusas restitui recte postulavit l. indignum d. eod. tt. l. eius qui 29.
§. ult. de iure fisci. Sed hoc ratione temperandum, nam si bona fide hoc deceptus ig-
norantia facti existimans tt.s mortuum non occisum fuisse tunc fructus consumptos non
restituet fisco, actiones confusas redintegrand. erepta hereditate d. l. heredes 17.
Verum si sciens occisum eum inultum omiserit necem tt.is fructus omnes restituet et expensas
nia quae ex rebus hereditariis distractis redegit et a debitoribus exegit usuras debet
fisco praestare q.a usurae vice fructuum sunt l. usurae ff. de usuris. Sed cum haec differat q.
fructus restituet fructus etiam perceptos ante motam a fisco controversiam q.a fructus proveniunt ex
ipso corpore hereditario; at usuras non restituet nisi ~~post~~ quas exegit post motam
litem q.a usurae non proveniunt ex corpore hereditario sed ex iure, et obligatione
l. si navis. de rei vindicat. l. item veniunt §. de petitio. heredit. l. 1. obs. l. 9.
si possessor ff. de petit. heredit. ubi fit mentio S.C.ti quo bonae fidei possessoribus tantum
do hoc datur ne inferant usuras redactae pecuniae ~~sive~~ nisi post litem contestatam
Cui difficultati Ulp. in l. item veniunt § ceterum de petitio. heredit. in hac
l. 1. C. ut indignis malae fidei possessor vendit res steriles vel tempore perituras
quae honera sunt hereditatis quarum rerum usuras non debet inferre nisi quas
redegerit post motam controversiam ut prolixe prosequit Cuiac. in recitat. ad l.
Amaya 3. obs. 2.

S. an idem [illegible] qui ignorans adivit, videtur [illegible] 25. §. scire 6. [illegible] vel distinctionis

Plures sunt qui non incidunt in crimen inultæ mortis, veluti
si quis authores cædis diu quæsitos non reperierit, l. 7. C de his qui ut
indig. aut si heredem alicuius vana spe æterna hereditatis, præveniat
in accusat. l. 10. C eod. tunc heres nequit iam accusare, accusat[ur]
ab alio l. si ser. § 1 ff. de accusat. nec ob id fisco vindicat heredi-
tas, nullum crimen contraxit, qui ab alio est præventus, et nec ille
dignus erit præmio, non debet pœna unius alteri præjudicium esse, ut
In casu quo crimen fuisset contractum ratiocinatur Pag. in n. tex.
Et ad idem facit l. 13. § 7. ff. de iure fisci = Excusantur etiam mino-
res 25 annor. l. 3. et 0. C de his qui ut indig. nam huius ætatis ho-
mines excusat ignorantia iuris l. 1. in pr. de iuris et facti ignor.
ff. ad leg. cornel. de fals. — item id speciale est an ad 25 ann. aetatis
ff. ad 25 ann. teneatur heres accusationem perferre, et quidem in l. 6. C de
his qui ut indig. certamen provocationis ordine impleri asseveratur, quod inte-
ligendum est, si reus condemnatus appellaverit, sin vero absolutus fuerit
non debet heres provocare l. 21. § fin. h. n. tit. cum Cujac. lib. 6. resp.
Pag.

Indignus est qui id egit ut per negligentiam suam, aut culpam
decederet test. l. 3. ff. l. 10. C de his qui ut indig. argo l. ab hostibus
11. § fin. ff. soluto matr. l. cum ratio 7. § fin. ff. de bon. damnator.

qui contra S. C. aperuerit tab. centum aureor. pœna multatur l. 25. §
1. ff. h. tit. de qua pœna intelig. l. in cognit. 13. neque verisimile
est S. C. Tauro et Lepido Coss. factum fuisse, in favorem heredum
qui non vindicarunt mortem test. per quinquennium, si quidem
actio contractæ ingratitudinis ad publicationem bonor. exequenda
utpote civilis perpetua est, nec morte extinguitur l. cuius 22. h. tit.
potius credam hoc S. C. in odium heredis aperientis tab. ante
quæstionem habitam ~~[illegible]~~ produxisse in quinquennium po-
pularem actionem, cuius vis intra orbitam unius anni contineatur
l. ~~[illegible]~~ fin. ff. de popul. act. in quam sententiam inclinatos reperio
Calmanum, et Igneum in d. l. in cognit. 13.

~~Libertus~~ qui

Servus qui vindicavit necem domini consequitur libertatem ex S. C. Sillan.
sed non suo facto ~~consequitur libertatem~~, sed a pretore per vindictam l. si
servus 12. h. tit. l. si necem 4. de bon. libertor. l. divi Adriani 39:
ad leg. falc. l. 3. § quod si necem. de suis et legit. l. testamento 90. ff.
de [illegible] intt. l. 1. C pro quibus caus. pro præmio accip. libert. divi
l. 1. C de precib. imp. offer. l. domino 16. l. 3. § si ex sepulcatu 13.
h. tit. et erit libertus heredis si necem domini ab ipso indicatam
vindicaverit l. 3. § quod si necem de suis et legitim. sin vero
non vindicaverit erit libertus nullius hoc est Acherenticus, Orcinus l. 5. § 4 sine manumis.
l. 4. de bonis libertor. l. 23. de iure patronat. docet Cujac. lib. 42. ad Pauli in d. l. 4. Valentia lib. 3. illustr. c. 1. n. 4.

... videtur non leviter
quod dicit l. 14. § si
ff. de bonis libert. ibi
... habuit accusationem
calumniosam instituere.
...usatur, ex eo quod non conq.
authores cædis. R. in
...x. agi de liberto qui
...um accusavit, et cum
...t quæstionis an foret ob
...ellendus libertus a bonor.
patroni R. Consultus suc-
...rendum esse liberto, qui nece-
habuit accusationem ins-
...re, et quamvis calumniose
proposuerit succurrendum
ex eo quod lex permittat
..., accusare patronum in tali
non habetur ratio calumniæ
...e ut privet bonor. poss.
...betur vane ad hoc: ut judex
...um calumniatorib. debitam
imponat; ut præsensit Acc-

Si ttor. heredem necessarium servum propium instituisset, et occissus fuisset, nec servus vindicaverit cedem, an hereditas fisco adquiseatur et quid dicendum de servo herede necessario. l. ttt.o 90. ff de her. instit.

Si fiscus sit heres institutus, nec vindicaverit cedem occissi ttoris poterit retinere hereditatem? retinebit sane q. n est qui eam ab ipso auferat, s. ut sup[...] [illegible]

Si filiusfam. de peculio castr. heredes instituerit Titium, qui non vindicavit cedem occisi testatoris et aperuit tab. licet n adivit sed indignus fuit effectus in ea opinione quam defendo ex apertura tabular. indignum fieri heredem, an bona filij cedant fisco, an ve redeant ad Patrem iure peculij, ex eo quod ex defectu additionis redacta fuit res ad causam intestati. l. 8. §. 1. ad Silanianum

in eo punietur [illegible] commisso fuisset [illegible] integram et [illegible] restituet heredi[...] n deducta Trebel[...] et si n fuerit [illegible] restituere, ex [illegible] debebit solve[...] nec poterit [illegible] falcidiam [illegible] ad Trebel. [illegible] in privati[...] privati l. Vatur[...] mutuare que [illegible] Ulp.

Minoribus 25. annis mortem defuncti non vindicasse non nocet l. 1 Cod. cur. inte. rum necessaria non est l. minoribus 6. C. de his quibus ut indig. synopsis Basilicon lib. 60 tit. 23. Et ideo si minor adijsset hereditatem, et vindictam ut exequeretur, accusaverit reos qui condemnati provocaverint, teneantur prosequi apelationem si maiores 25. quinque annis inveniantur negat Accurs. quasi inicium sit expectandum arg. l. 7. § scio de minoribus Tiraquell. in tr. cessante causa lim. 4: Excusacionis vero causa quod huius etatis hominibus ingnorancia iuris non obest l. 1. in prin. ff de iur. et fac. ignor. l. 9. ff ad l. Cornel. de fals.

l. cum maior. 14 ff. de bonis libert. l. ticia 27. § 1. de Leg. 2

Ad tx in l. 29. § f. de iure fisci Rnd. ibi agi de casu quo post hereditatem adiri ante vindicatam mortem scilicet quod veneno per insidias domini interemptus non neglia familia dicitur occisus ut recte Cuiac. in eo tx et in l. 1 C. ut indignis

Ad tx in l. Lucij Ticij § de iure fisci ubi dicitur Meviam beneficium accusatam in lucium Ticium qui eam ex parte instituerat posthumo preterito quo nato, et rupto testamento Meviam quia posthumus brevi decesit in universa bona succedisse ex Sc.to Tertuliano ac deinde fisco vindicanda si scelere quesito probente considerandum est illud dificile reperiri quod Mevia mater non habet hec bona ullo scelere quesito ex eo quod non habet ab eo qui veneno fuit interemptus scilicet a Lucio Ticio sed habet a posthumo, et nec solet obesse existeri heres heredis testatoris occisi l qui Ticij 7. l 9. § 7. et 8 ff quibus ut indig. Cui dificultati satisfacit Cuiac. lib 17. Resp. Modes. ind. l. 9 dicendo Meviam posthumum pocionasse, [struck] qui forsan Lucius Ticius, nam ad modum pater vocabat, eaque ratione recte scelere quesita bona fisco vindicantur. Et in eo tx illud non preterenudum scierre accusantem Meviam, vana ipse posthumi bona desiderasse quod non debet pena uni alteri premium esse ut ex nra l. 19. in haner ibi. Amaya lib 3 tit. c. 8

Similis casus in l. cum ratio 1. § f. de bonis damnatorum. non dissimilem habet explicatum nam Paulus proponit hereditatem auferendam ab eo qui cognatum suum interimi curavit ut eius hereditatem haberet et D. Pij. rescripto idem statuit in filia familias que testatorem fuerat pocionata quamvis eius hereditatem iussu patris adiret. Conducit l. si a hostibus 10 § si vir ff solu. Matrim. de cuius conciliacione cum l. 27. de iure fisci 1a diximus late quod agit Bert. Barbos. ind. l. 10. solu. matrim: quod affinis est illa quibus degit ut per negligenciam suam aut culpam decederet testator l. 3. ff l. 10 C. de his que ut indig.

Opp.r tx in l. his consequenter 10 ff familie hercis. ubi postquam dixerat Julianus de servo qui corruperat tabulas testamenti eo obiectu in questionem deducendo ind. l. ad ea nra proponit iudicium familie herciscunde, nihil ~~[struck]~~ obitare cur non possit ab heredibus deduci servus in questionem de cede testatoris, qui supponit Consi. recte post aditam hereditatem vindicari mortem. huic dificultati Rndet. hereditatem ipso iure non auferri heredibus sed per sentenciam Judicis et in hoc tx forsan non dum instituerat fugac cusacionem ut ex Accursio explicat Cuiac. in illo tx aut potest dici heredes ignorasse testatorem fuisse occisum quo casu post aditam hereditatem recte habetur questio l. 3. § 24 et l. 23. ad Sylanianum aut si non quiescas poterit dici in presenti haberi questionem de servis qui fugerunt iuxta l. 25. l. 3. § 17. h. tit. Et tandem Consule Amayam aliter sencientem lib 3 tit. cap. 8. n 19.

Qui n vindicaverit mortem tt.ri indignus efficitur, et ab eo fiscus eripit hereditatem quandocumque publicacioni bonorum intenderit nec comunem interpretum opinionem possum probare asseverantem adversus fiscum per quinquennium prescribi a herede indigno id est ut si fiscus per quinquennium siluerit non possit amplius intendere publicacionem bonorum nituntur ex l. in cognicione 13. h tt. sed ut hanc comunem sentenciam non sequamur illud patet quod actio que competit adversus ingratum heredem civilis, et perpetua est l. Gaius 22. h. tt. et non est verosimile Imperatores quorum adeo fuit cura de minorum securitate ut quam plurima circa vindicandam tt.ris cedem S.C.ta constituerent, ipsos restricturos tempus publicacionis bonorum que ut pote exigenda civili actione poterat quandocumque intendi. Hanc difficultatem agnovisse Gofredum crediderim facile nam in hoc tx ~~ait l. cit~~ in l. 13. S.C.tum Statilianum Tauro et Lepido Consulibus factum existimat non limitasse acusacionem adversus heredem sed immo pocius restrinxisse tempus quo alias utiliter possunt omnes acusaciones intendi l. querela. C. de falsis id est quod licet posset regulariter acusare homicidas post quinquennium quo ad causam tamen S.C.ti Sylaniani non potest post quinquennium homicidas acusare heres extraneus, sed hec solucio ex ipso tx convincitur manifeste ex eo quod quinquenni tempus non prescribitur personis coniunctis que possunt paricidio acusari et si in odium heredis extranei restrictum tempus accusandi eandem pociori racione id in persona coniuncti debebam admitere si quidem et vinculum sanguinis, et officium pietatis maiorem curam in vindicanda tt.ris cede illos habituros suponit. Felicius licet in polite Juanes Igneus in d. l. 13. quem gaudeo vidisse nam iam quam ipse indicat interpretacionem excogitaveram ego dicendo namque est in d. l. in cognicione 13. quinquenni tempus non esse prestitutum ad hoc ut heres prescriberet contra fiscum sed pocius productam fuisse actionem popularem in quinquennium adversus eum qui tabulas tt.ri aperuerit ante vindicatam mortem tt.ris l. 25. § hoc edicto ad Sylanianum nam a popularis actionis ea est ne post annum posset exerceri l. f. de Popularibus actionibus ut ergo sedulo, et quanto ~~illici~~ [illegible] potest heres vindicaret mortem tt.ris varijs penis terrere et ob id quinquenium quod extraneis fuit prefixum nulla temporis limitacione fuit productum adversus Paricidas ex arciori vinculo quo obstringuntur ad vindictam exequendam tt.ris occisi.

Non obstat l. ex parte 39. ff. famil. hercis. ubi proponitur fiscum accusasse heredes ob inultam mortem et unum ex heredibus omnium causam defendisse vicisseque fiscum ex quo tx videtur aliqua temporis prescripcionem exclusisse fiscum nam si inulta fuit mors nulla alia potuit esse causa que fiscum excluderet. S.ed R.ndetur in eo tx inultam fuisse mortem sed heredes vicerunt fiscum forsan quod manifestissimis probacionibus requisisse nec invenisse reos demostrarunt l. si is 7. C. ut indignis. aut quod acusacionem usque ad sentenciam pertulerunt non perfunctorie neque dicis gracia verum rei absoluti fuere l. 21. § f. ff. ad Sylanianum

Nonobst. l. q.d dicitur 14. §.

...lam.ª 28. de Oct.º de 1650.

Ad tit.um ff. & C. de Iure deliberandi.

Ihs Maria Ioseph

de cretione N.º 1.

...iatus lib. 3. dispunction. c. 7.

...l. locuples ff. de manum. tit.º Cuj. in recit. ad l. ult. C. de iure delib. statim in principio

Semel adita hereditate, heres cum legatarijs quasi contraxisse videt. §. heres apud Iustin. de obligat. quae quasi ex contr. l. apud Iulianum 3. §. ult. cum l. seq. ff. ex quib. caussis in poss. eat. l. si quis absentis 5. §. heres ff. de oblig. et act. Giphanius in d. §. heres inst. de oblig. quae ex quasi contr. Unde licet hereditas solvendo n. sit, tn creditorib. hereditarijs obstringit heredem l. quae dotis 33. ff. soluto matrimonio l. 7. ff. ad leg. falc. l. libertus 36 ff. de bonis libertor. ~~quia~~ Nec credi pot. hereditatem n. esse solvendo, quae invenit heredem ut in d. l. 33. notat Gotophr. Ne ergo magno aere alieno oberatus, oneribus hereditarijs ultra vires hereditarias inveniatur implicitus, heres oportet praematura consideratione an sibi expediat hereditas, decernere, idq. ne praecipiti consilio dijudicet, certum tempus ad deliberandum heredi conceditur, olim à testatore, centum dierum plerumq., quod spatium cretio dicit. Ulpiano in fragm. tit.º 22. §. cretio. Cretio est certorum dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum utrum expediat ei adire hereditatem, necne, velut Titius heres esto cernitoq. in diebus centum proximis, quib. scieris poterisq. Quae finalia verba cretionem vulgarem efficiebant in qua, dies non erant continui, s.d utiles, hoc est quod dies illi computentur quib. se sciverat heredem institutum eē, & poterat cernere ~~tunc~~ illud dicit. utile tempus, in quo singuli dies utiles sunt, scilicet ut per singulos dies & scierit & potuerit admittere, ait Ulp. de bonorum posses.e in l. 2. ff. quis ordo in bonor. posses.e & notat Innocentius Cironius in paratit. ad tit. de praescript. alia cretio dicebat. continua, in qua n. apponebant verba illa quib. scieris, poterisq. quae ideo continua dicebatur, quia temp. continuo à morte testatoris computabat., illiq. etiam dies quib. ignoraverat se heredem institutum: aut sciverat sed non poterat cernere. Ulp. loco sup. citato Brison. lib. 7. formul. pag. 671. Adjiciebant formulae cretionis haec verba nisi ita creveris exheres esto quae [illegible] extraneo herede instituto perperam adjiciebant; quippe exheredatio in extraneo res est inepta l. quidam ff. de V. O. l. n. putavit §. si quis emancipatum de bonor. pos. Multum autem intererat an cum cretione, an sine illa fuisset quis institutus, nam qui sine cretione, statimatq. contaberit se heredem nolle esse ab hereditate excludebatur, nec amplius patebat aditus ad ipsam adeundam; atqui fuerat cum crete. institutus, n. ejus praecipitata deliberatione ab hereditate prorsus arcebat, quippe locus erat penitentiae intra dies, qui supererant, ut temp. cretioni praefixum impleretur, quod omne dilucide explicat Ulp. in fragm. tit.º 22. Sin vero ~~[illegible]~~ intra temp. cretionis praematura deliberatione utilem sibi futuram hereditatem cognoverit heres, illam cernebat; ipsaq. solemnis hereditatis adquisitio cretio dicebat. cuius haec formula apud Ulp. cum me Maevius heredem instituerit, eam hereditatem adeo, cernoq. in qua, ex Varrone notat Cuj. testes adhiberi debere; sed de ejus solemnitatib. agere supersedeo, cum tanquam scrupulosas nimis, substulerit Constantinus in l. cretionem 17. C de iure deliber. quae constitutio licet n. de omnib. heredib. lata, nec omnino cretionum solemnitates tollat ut apparet ex l. 8. C Theodos. de bonis matern. ubi integrius refert, tn postmodum ad omnes fuit producta, quod ex eo constat quod in d. l. 17. ~~[illegible]~~ indefinite prolata est: ergo sublata cretione in ejus solemnitatib. explanandis non est immorandum, videat qui vellit Brison. lib. 7. form. pag. 671 Alciatus lib. 3. disp. c. 8. Cujac. 7. obs. 18. Revard. de authorit. prud. c. 8. Vigl. in §. fin. n. 5. inst. de hered. qualit. & diffe. Duarenus ad tit. de adq. hered. c. 2. circa finem, idem lib. 2. disput. c. 41. Cujac. in com. ad l. 1. et 2. de conces. prob. Et extra iuris authores cretionis meminere Varro lib. 5. de lingua latina c. 8. & lib. 6. c. 5. Plinius lib. 10 epist. 90 ad Traianum de testamento Largi. Livi. lib. 24. c. 25. ubi Sopatrus ad Syracussanos post mortem Andronodori verba fecit & lib. 40. c. 8. in oratione Philipi ad filios Cicero lib. 6. epist. ad Atticum epist. 1. & lib. 11. epist. 2. & 12. & lib. 13. epist. 44. & lib. 9. epistolar. ad familiar. epist. 14. ad Dolobellam consulem & lib. 1. de oratore ante medium ubi cum vulgo legeretur, ut in conditionib. scribi solet, quibus sciam poteroq. recte Lambinus (praeeunte Duareno, vel Hotomano; ut maluit Cuj. in not. ad Ulp. tit.º 22) restituit in cretionib. Idem Cicero lib. 4. Rethoricor. ad heren. paulo ante finem & prospice tu qui plurimum cernis. Quintilianus declam. 261. Isidor. lib. 5. origin. c. 24. Prudentius in Cathemerinon in himno Epiphaniae

...rem aliquam hereditariam heredem arripere, digitisq. concrepare eaq. signo demonstrare heredem hereditatem amplecti l. 1. C. de legit. hered. D. Ambros. Non ego, inquit, in ...dis hereditatib. digitum concrepationes, & nudi successionis... notabo. Cujac. in recit. ad tit. C de iure delib.

l. 60. & 69. ff. de adq. heredit.

N.° 2. Quæ superius dicta manent locum sibi vindicant quando testator cum [...] heredem instituerit; at si sine cretione, tunc ius adeundi hereditatem erat [...] lege licet 8. C de iure deliberandi. Sed cum posset heres celerius quam sibi [...] dire cogi á creditoribus in iure respondere an vellit heres esse l. qui interrogat §. [...] de interrogation. in iure faciend. l. 1. §. largius 12. ff. de sucessorio edicto [...] á creditoribus cogeretur heres iacere aleam inconsiderate [...] oneribus adstringi [...] ei subveniendum curavit, edictoq. suo pollicetur tempus ad deliberandum an [...] hereditatem adire necne l. 1. cum seqq. ff. h. tt.º Verum hoc deliberationis [...] n competit heredibus necessarijs, hoc est servis proprijs defuncti, nullo iure ne [...] pretorio illis datur deliberatio; at suis, iure civili licet n permittat [...]

A. cum nullo iure eorum ratio habeat l. 1. ff. h. tt.

llint, sive nollint ex lege 12. tab. heredes fiunt, pretorio tamen iure & [...] sio, & per consequens deliberatio, utroq. vero iure ~~[...]~~ voluntarijs [...] quia inviti non adeunt cum sint voluntarij l. nec emere 16. C h. tt.º videlicet [...] quia periculo alieno possunt compelli adire, ex S. C.to Trebelliano ab eo [...] hereditatem restituere toto tt.º ff. ad Trebel.

b. l. si curatoris 9. C de iure deliber.

N. 3. Tempus autem quod á Pretore conceditur eius relinquit iudicio,[b] ita ut [...] centum dierum concedat l. 2. ff. h. tt.º centum n. dierum spatium solebat [...] heredibus ad deliberandum assignare l. 3. §. 8. ff. de minoribus l. 22. §. quidam ff. [...] sicq. dies centessimus dicit dies additionis in l. Pannonius 86 ff. de adq. hered. [...] §. si filius 1. ff. de iuris & facti ignorantia, sed an tempus hoc possit pro[...] vel possit coarctari dubium é, v.e Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. casu [...] 139 in fin. Verum non solum tempus ad deliberandum pretor dabat, sed [...] faciebat instrumentorum inspiciendorum, ut proinde heres instructe se [...] diret necne adire, vel agnoscere hereditatem l. Aristo ff. de iure delib.[c] si intra tempus prefinitum heres adiret, bene erat inveniebat successor [...] functi creditoribus & legatarijs respondere, quód si repudiaret locus erat [...] tioni, aut iuri accrescendi, vel successorio edicto: id est defferebat [...] proxima causa successionis tangit l. 1. ff. de successor. edicto l. [...] ff. de suis & legit. At si intra id tempus taceat heres, nec velle aut [...] claret tunc contumax efficit l. de ætate §. qui tacuit ff. de inter. in iure fac. quæ contumacia in eam partem interpretat, quæ ipsi con[...] terior sit, & utilior adversario; unde si dies ad deliberandum instantibus [...] prestituta, exacto q.º taceat heres credit adiisse hereditatem, q.ª inter[...] ut hereditas censeat adita ab illo, ut habeant cum quo congredi [...] ad instantiam substituti, coheredis, vel sequentis in gradu habet [...] q.ª eorum interest, hereditatem ee repudiatam: ut ipsi adire pos[...] Valla de reb. dubijs tr. 6. n. 6. Paul. Castr. in rubr. ad tt. de iure [...]

c. instrumenta hæc poss. intelligi de instrumentis creditorum hereditariorum, de quibus debebat copia fieri heredi, n q.ª penes heredem remanerent originalia s.d dabatur copia sine die & consule, ne forsan alijs falso in contrarium confectis illorum veritas ac fides obrueret, sicq. originalia apud Pretorem remanebant l. sed si is §. §. maxime 4. de Carbon. edicto. poss. etiam intelligi de instrumentis hereditarijs in quibus consistunt credita hereditaria; ut debeat ipsorum fieri copia, ut videat si hereditas est locuples & sibi expediat adire.

de sepulchro violato tit. XII.

Assertio 2ª.

Omnibus ferè ingenita est famæ post mortem cupido. aiebat Tertul. lib. de testim. animæ. Ecquid aliud sepulchorum cura suadet? quid monumentorum superba extructura? quid Mausolæa? quid denique Manium ædificia luxuriante prodigalitate erecta? quid inscriptiones lapidibus insculptæ? nisi in his famæ æternitatem conservari ~~[illegible]~~, in his clarorum ~~[illegible]~~ virorum virtutesque inter illorum cineres emortuos reviviscere: unde memoriam construere pro sepulchrum ædificare, aliquando usurpatum Anastasio jamdiu observavi ex Citonio in parat. ad tit. de author. et usu palli. Primus Anacletus memoriam D. Petri construxit. Nec alia forte jurisconsultis ratio, ut tan enixe commendarent sepulchra in quibus maiores nostri fuissent reconditi l. 35. ff. de minoribus, l. 1. §. 15. ff. si quid in fraud. Patr. l. libertus 36. ff. de bonis libert. l. 22. §. nec vero C de administr. tutor. adeoque mortalibus hæc sepulchrorum præcipua cura fuit, ut Athenienses prius de ea cogitabant, quam pugnam capesserent si Diodor. Siculo lib. 11. credimus; ne si in pugna occubuissent, hoc quale quale æternitatis pignus deficeret, quo possent illorum virtutes posteritati celebrari. Hinc tam execrabiles fuere legum latoribus sepulchri violatores de quibus ut recto ordine disseramus sepulchrorum iura prius prælibanda.

...us Rosinus lib. 9. antiq. c. 14.
...man. de funer. Roman. lib. 3.
...nus de cœmeter. sacris lib. 1. c. 9. an. 3. et p. 2. c. 8.
... c. 21. obs. 13.
Matthæus ad h. tit.
...parab. ad h. tit.
... ad leg. aquil. lib. 2. c. 2. §. 6.
...r. ad h. tit.
...r. Bocer. clas. 4. disp. 9. à n.° ... cum seqq.
...nd. lib. 6. tit. 9. c. 1.
... 27. Pauli ad edictum in l. 32. ...lig.
... lib. 2. selec. c. 4.
Joan. Vela de pœnis delic. c. 13.
...ther. de iure man. lib. 3. ... 25.
... Grotius de iure belli lib. 3. c. 5. et c. 12.

Menoch. cas. 387.
Jodoc. Damohuder. in prax. crim. c. 111.
Jul. clar. lib. 5. §. fin. quæst. 68. vs.° violator
Seb. Medices in tract. de sepult. p. 1. quæst. 14
Tib. Decian. t.° 2. lib. 6. c. 41.
late Farinac. in praxi cri. q. 20. à n.° 114. cum seqq.
l. 14. tit.° 13. part. 1.

Et observabat Cujac. lib. 10. quæst. Pap. ad l. 27. §. ult. ff. de contrh. empt. ~~et~~ D. Joseph. de Salas ad Petr. p. 27 6. D. Aug. lib. 12. de civit. Dei c. 6. et sepulchrales litteras apud Petr. Diaconum in not. I. M. I. ST. ABSC. h. e. in memoria ista sunt bona abscondita.

N. 2.

Sepulchri appellatione omnis sepulturæ locus continetur l. prætor 3. §. 2 ff. h. tit.° nam Celsus sepulchrum esse ait, ubi corpus, ossave hominis condita sunt l. 2. §. sepulchrum ff. de relig. et sumpt. nec totus locus sepulturæ destinatus religioni cedebat sed quatenus in eo corpus fuerat humatum; hinc sepulchri ambitus certo termino concludebatur, titulo id testante IN. FR. P. X. IN. AGR. P. XX. in fronte, hoc est in latitudine pedes decem; in agrum ~~pedes~~ hoc est in longitudine pedes viginti. Ubi pluribus locis corpus humatum sit, ille solum fiet religiosus in quo caput exstat l. cum in diversis 44. ff. de religios. = Ergo sepulchrum violat qui quemcumque locum sepulturæ violat l. 2. ff. h. tit.° violat qui diruit d. l. 2. quo casu cesat lex aquilia, namlicet uno ejus capite ædificium diruentem teneri certum est l. 27. §. 31. l. qui domum 50 ff. ad leg. aquil. non tamen ideo sepulchrum diruens hac act.° tenebitur, ex eo q.° ad leg. aquil. amplius quam fractio requiritur, necesse est quod alterius sit res, quæ frangitur, positque ille probare in bonis eam habere, quod Ulp. diserte probat in d. l. 2. his verbis an vero maneant in bonis nostris, neque enim potest quis actione legis aquiliæ experiri, nisi prius ostenderit se in bonis habere rem ipsam quam sibi fractam conqueritur; unde cum nemo possit dicere se in bonis habere sepulchrum quodquidem ut pote religiosum extra hominum comercium exsistit, datus est ad quos ius sepulchri pertinet interdictum quod vi, aut clam. Ulpianus. nam et sepulchri nemo dominus fuit et tamen si quid in eo fiat experiri possum quod vi aut clam. ~~l.~~ denique 13. §. 5. ff. quod vi aut clam l. is qui 11. §. 2. eod. tit.° + rationem q.° quæ extra comercium seposuit sepulchra, speciosse nimis pertractat D. Joan. Suarez in com. ad leg. aquil. lib. 2. c. 2. sect. 6. per tot. adeat eum qui vellit ab orig.° rem totam haurire = Violat sepulchrum qui statuas læserit, evulserit d. l. 2. licet non sine aliqua dubitandi rat.° cum non teneatur religione omne q.° sepulchro cohæret l. si sepulchrum 4. § profana l. locum 5. C de relig. l. ædes sacra 73. §. 1. ff. de contrh. empt.° et adversatur expresse Ulp. in l. si statua 27. ff. de injurijs quam ut concilient Græci cum l. 2. h. tit.° distinguunt inter statuas sepulchro affixas et statuam tantum super sepulchrum depositam lib. 60. basilic. tit.° 21. c. 27. tit.° 23. c. 2. sed græcorum distinctio haud convenit d. l. 2. ubi idem quærit = Nec rectius ~~Ulp.~~ Cujac. lib. 27. Pauli ad edictum in l. si possesor 32. ff. de relig. putat in l. 27. agi de statua non evulsa aut fracta, quo casu proculdubio daretur sepulchri violati actio, d. l. 2. sed de statua lapidibus cæsa, quo casu nemo debet intelligi violasse sepulchrum, nonque hoc potest adprobari præcipue si mutuemus à Cujacio

+ l. 4. ff. de aqua pl. arc.

græca verba latina civitate donata; qui statuam Patris mei in monumento positam fregit non sepulchri violati, sed injuriarum tenetur. Videt ipse Cujac. de statua fracta loqui, nec tamen dari sepulchri violati actionem: quare rectius et lectius elegans et politus D. Joan. Suarez ubi sup. simplicius ut verbis sonat intelligit de monumento memoriæ caussa facto, quod religione non tenetur l. divi §. ter. divis. 1. vel quod 6. §. ult. de relig. et jubet aliquid l. statuas 7. C de relig. quæ discriminat statuas in sepulchris superimpositas ab ijs, quæ in monumentis erectæ.

statuæ 3. Superest ergo ut disquiramus quomodo statuæ possint religione teneri, quandoque ornamenti caussa sepulchris superimpositas discimus ex l. is qui puteum 11. §. si quis de monumento ff. quod vi aut clam, nec quæ ad ornatum sepulchrorum pertinent religioni cedent, alioquin religiosa forent tectoria, porticationes sive vestibulum sepulchri, Thermæ, et multa alia contra l. 2. §. sepulchrum ff. de relig. = Scrupulus iste ne nos moretur breviter quæ notat et observat D. Joan. Suar. exponam; verbum illud ornandi, pro honorandi necesse ē ut capiamus quemadmod. apud Cic. epist. 23. lib. 15. fam. idem epist. 3. lib. 2. ad Q. fratr. at statuæ in mortuorum honorem positæ l. 27. de injur. l. 7. C de relig. Cicer. lib. 2. de leg. Serv. ad 8. Æneid. Pausanias in Atticis Ammian. Marcel. lib. 19. D. Cypr. lib. de idol. vanit. quemadmodum et columnæ Homer. illiados π. Cic. lib. 2. de leg. Isidor. 15. orig. c. 11. quia in columnis statuæ ponebant Vopiscus in Aureliano. Trebel. in Claud. Sueton. in Galba = statuæ 6°. religione tenentur quia Romani ~~statuas~~ defunctorum animas in statuis potius quam in alia sepulcri parte habitare credentes, catenis alligabant statuas ne animis defunctorum inde discedere foret liberum. Quintil. declam. 10. Petr. satyr. c. 62. Clem. Alexandr. orat. contra gentes: et inde quærit Ulp. an religioni cedant si neq. adplumbatæ neq. adfixæ fuissent, et licet superior ratio in ijs deficeret cum veteres non credidissent defunctorum animas habitare in statuis h affixis, catenisq. allegatis, non tamen ~~[illegible]~~ latuit Ulpianum alia ratio scilicet quod in statuis recondita erant ossa ut ex illo Dionis loco in Adriano liquet. Traiani ossa in columna ipsius sepulta fuerunt. Persius sat. 1.

— non levior cippus nunc imprimit ossa?

Inde recte has statuas, columnasq. ossuarium appellavimus, et monumenti esse cum Ulp°. affirmavimus = Ossuarium ē ædicula, qua ossa tecta conduntur, et veluti appendix sepulchri; inde qui ossuarium dejecerit, sepulchrum violat l. 2. h. tt°. l. fin. eod. l. ossa 8. l. ne corpora 38. de religios. qui lapidem everterit, cespitem evellerit l. 5. C de sep. viol. qui cadavera spoliat vexatve l. 3. §. adversus h. tt°. l. ult. eod. l. 4. C eod. l. 38. de relig. l. 4. et 5. C Th. h. tt°. quia licet ornamenta quibus corpora conduntur non fiant religiosa, tamen si quis abstulerit ea dolo malo incidit in hoc crimen l. 14. §. 5. de relig. l. 4. §. non fit locus ff. ad leg. Jul. peculat. l. 5. C Th. h. tt°. Tiber. Decian. 6. c. 44. n. 18. Petr. Ærod. rer. judic. lib. 6. t. IX. c. 1. nefas est co[...] danas moles[...] querit, pati [...] nas insidias [...]

4 qui sepulchrum inhabitat, ædificatve geminum facinus perpetrare videtur, ~~nam~~ nam et sepultos spoliat, et polluit vivos l. 5. C h. tt°. l. 3. in pr. et §. 6. et 11. h. tt°. at reficere sepulchrum corruptum et lapsum corporibus non contactis licet l. 7. h. tt°. l. 4. C eod. ~~[illegible]~~ non q. licet in sepulchris habitare q.a senatusconsulto cautum est ne sepulchra in alium usum commutentur l. 1. si quis 12. §. 1. de relig. sed de hoc infr. nos in excursu 2. = Nec licet ædificare ideoq. si servus in sepulchro ædificaverit ~~[illegible]~~ noxalis actio l. 3. §. 11. h. tt°. quia ex delicto privato tantummodo noxalis datur, hoc autem publicum ēē mox dicemus, Guth. lib. 3. de jur. Man. c. 25. Neq. obst. quod Cujac. solertius et verbosius ut ipse ait lib. 3. Pauli ad edictum in l. §. de jurisdict. opponit ex l. 1. in pr. et l. 5. §. prætor ait ff. de ijs qui dejec. vel effud. Verum namq. est actionem ex illis edictis popularem et noxalem esse, sed hoc necesse fuit Prætorem edicto proponere, neq. enim ~~[illegible]~~ ulla est noxalis actio, nisi quam edicto nominatim Prætor noxalem fore edixit, liceat contra Cujac. ipsius verba transcribere; sed quænam ratio moverit Prætorem, ut actionem popularem de dejectis vel effusis noxalem efficeret non vero alias populares: eam certe crediderim, quod cum ea actio et in servum

† l. 17. §. noxas 16. ff. de delictis edicto.

lumine qui dejecit, sed in dominum ibi inhabitantem dirigatur, iniquum visum fuit dominium vlor pretium servi delinquentis teneri, obidq. specialiter illa actio edicto Prætoris noxalis facta = at actio sepulchri violati, cæteræq. ~~poenales~~ populares cum in ipsum delinquentem dirigantur, et extra nata noxæ deditionem non admittant, ideo æquum fuit ut ipse servus corpore luat extraordinemq. poena corporali plectatur, cum nulla alia in servos cadere queat l. 7. ff. de jurisdict. Suther. d. lib. 3. c. 29. l. quoties ff. si quis cautionib. l. 44. de judiciis l. 4. §. pen. ff. vi bonor. rapt. l. 1. §. 1. de incendio ruina naufr. quam quidem actionem non tam in servum, quam in corpus servile dari credendum est. = Solo uno casu noxalis ~~actio~~ erit sepulchri violati actio, si domunculam in sepulchro habuerit nec habitaverit, q^a. minus deliquisse videtur, vixq. credi potest ædificium, domunculam ut Cujac. exponit = Nec obst. l. 5 §. 8. ff. de institoria act^e. ibi namq. n. datur in servum sepulchri violati actio sed in dominum institoria, quia licet spoliaverit mortuos, n. tamen sepulchrum violavit, siquidem insepultos spoliavit, et suadet libitinarij officium quod exercebat: furtum committet, eoq. gravius coercetur, quo erant ornamenta sepulturæ destinata ut testis est Plutarchus et Valerius ex quibus refert P. Fenderer. judicat. lib. 6. tit. 9. c. 3. M. Antonium vltimo suplicio puniisse libertum cui corpus M. Bruti sepeliendum tradiderat, ob id quod speciosum ipsius Antonij paludamentum, quo Bruti corpus indutum erat, contrectaverit.

5. Violat sepulchrum qui infert mortuum in ~~sepulchrum~~ alienum sepulchrum cum ius inferendi non esset l. 3. §. si quis 3. h. tt. ~~l. [illegible] ff. de relig. qui prohibet inferre l. [illegible] ff. de relig. l. [illegible] h. tt.~~ sed quid si mortuus ejectus fuerit, an ejiciens tenebitur sepulchri violati act^e.? minime: quia per illationem mortui in locum alienum invito, vel ignorante domino non fit locus religiosus l. 2. §. pen. et ult. de relig. l. 2. c. eod. per consequens nec religio violatur. adde quod alius in nostro fecit, cum non posset facere propria possumus auctoritate recidere l. quemadmodum 29. §. 1. ff. ad leg. aquil. l. ult. §. si ad januam ff. quod vi aut clam; et per consequens mortuum sine nostra voluntate illatum, eruere impune = sed statim offendimus ex l. ossa 8. ff. de relig. ubi Ulpianus non licere eruere corpus ab alio illatum, sine decreto pontificum affirmat; qui secus faxit injuriar. act^e. tenebitur; quis hoc negabit! non inde deducitur sepulchri violati actionem dari, immo contrarium evincit quandoq. injuriarum act^e. teneri constituat Ulp. Neq. vero quisquis facit sine permissu Pontificum, quod eorum jussu facere oportuerat statim sepulchri violati act^e. tenetur, veluti qui defunctorum corpora per vicos aut oppida injussu pontificis transvheit nulla poena tenetur, et tamen sine permissu pontificis haud licet facere l. 3. §. non perpetuæ ff. h. tt.

hanc quæstionem puto recte posse affirmative defendi in eo, qui ejecerit cadaver, q^d. alius in locum purum intulerit secus vero, si in sepulchrum (alienum licet) intulisset ut latius dissero inf. n. 8.

6. Etiam et hic venit disquirendum an si quis eruerit cadaver ejus, quem humare fas non erat, sepulchri violati act^e. teneatur? veluti si quis eruerit cadaver foeneratoris, qui pænitentiam in vita non egerit c. quamquam de usur. in 6. clem. 1. eod. famosi latronis l. 28. §. famos. de poenis, vel perduellionis Majestatis, parricidij. et aliorum plurium: in hac quæst. sine hæsitat^e. conveniunt fere omnes DD. non teneri sepulchri violati Tib. Dec. lib. 6. c. 40 n. 11. Farinac. quæst. 20. n. 31. Menoch. cas. 387. n. 30. Solorzano de parricid. lib. 1. c. 22. quibus sit sepultura denegata late exponit Kirchmannus de funer. Rom. in appendice c. 7. Hug. Grot. de jure belli lib. 2. c. 19.

7. Nec violat sepulchrum qui de monumento hostium lapides eruerit aliudve fecerit, cum nobis religiosum non sit l. 4. ff. h. tt. quemadmodum nec hostibus nostra sepulchra l. 36. de relig. quod ipsius religionis favor extorsit, ne externis ~~[illegible]~~ ritibus pollueretur, neve in hostium arbitrio esset illam profanare licet à nobis non posit fieri quominus religiosus sit locus, quantumvis pro privato habeamus, religionemq. contemnamur l. qui universas 30 §. 1 ff. de adq. poss. quod si ab illa calamitate fuissent liberata ~~[illegible]~~ quassi quodam postliminio reversa pristino statui restituantur loca ff. de relig. nec dubium e. quin expiarentur illa et purgasentur Suth. de i^e. man. lib. 3. c. 8. et lib. 3. de vet. et pont. c. 13. Gotius de i^e. belli lib. 3. c. 5.

8\. quod sup. n. 5. exposui ex senta Ant. Mathaei ad limam iterum revoco; vereor ne tunc bonus dormitasset Mathaeus, cum affirmat ejicientem cadaver quod alius in sepulchrum alterius intulerit non teneri sepulchri violati act.e q.a ut probet hanc adduxit rationem, illatione cadaveris invito aut ignorante domino non fit locus religiosus l. 2. §. pen. et ult. ff. de relig. l. 2. C. eod. s. n. est religio quae possit à domino ejiciente cadaver violari: sed qui statim n. videt sepulchrum semel religiosum effectum aliorum mortuorum illat.e semper religione teneri, licet invito domino postea aliud cadaver inferatur? hoc recte procederet si de loco puro ageret A. Math. nam cum tunc nulla sit religio, nulla potest violari, et per consequens nec enasci accusatio sepulchri violati; succurrit tamen Praetor actione in factum adhoc ut vel tollat quod intullit, vel pretium loci praestet inferens l. 1. 7. ff. de relig. l. 2. §. praetor ait eod. tit. in cuius explicatione

in rat. ad illum tex. — foeliciter Ant. Fab. (nec solet author ille, qui nimio corrigendi pruritu laborat) animadvertit non esse edicti Praetoris illa verba qui hoc fecit & sed Ulpiani explicantis edictum, nec is mos loquendi Praetoribus in factum actione tenetur poenaesd pecuniariae subjicietur. sane Praetor potius dixisset in factum judicium dabo, ut usitatissime in caeteris omnib. edictis; ac proinde §. 3.o initium capere debere ab illis verbis qui hoc fecit &. suadet hac fabri conjectura ex eo quod poena pecuniaria infligatur ei qui in alterius sepulchrum, cum ius inferendi non haberet, mortuum intulisset.

quod conjectura Ant. fab. evellit omnem quam tex. continebat difficultatem nam in factum actione teneri et poena pecuniariae subjici eum qui in alterius locum purum vel sepulchrum cadaver intullisset, innuere videbatur tex. et sane in eum qui mortuum sepelivit in locum alienum purum, nihil praetor praeter actionem in factum pollicetur l. 7. de relig. sed cum utrumque casum praetor edicto comprehendisset; utrumque Ulpianus aggrediens simul explicatione eadem orat.e non eandem poenam conjunxit, quippe in factum actione teneri qui in locum purum; plane pecuniariae subjici qui in sepulchrum intullisset orationis compendio praedixit [illegible]. quam poenam pecuniariam illam

8\. quam explicationem vide apud Cujac. lib. 10. obs. Jul. in l. impensa 18. ff. de religiosis. — ee constat quod ex actione populari de sepulchro violato debetur l. 3. in pr. l. 9. de sepulc. viol. Nec leviter offendimur ex l. 1. 7. § 1. de relig. ibi namque in eum qui in alterius arcam lapideam puram, mortuum intulerit, utilem actionem dari ex eo Gaius ratiocinabatur, quod n. propie in alterius locum intulerit, forsan q.a locus is dicitur qui fundi portio est l. 60 de V. S. arca autem n. est pars fundi sed quid separatum à fundo l. fundi 17. in pr. ff. de act. emp. neque potest etiam dici in alterius sepulchrum intulisse, cum nondum fuissent in arca illatae reliquiae. quam ultimam Gaji rationem sic adversus nos expendebam, utilis actio in factum datur ob id quod n. propie sepulchrum erat arca? ergo si iam illatae fuissent reliquiae, et propie fuisset sepulchrum non utilis sed directa actio in factum daretur adversus inferentem in alterius sepulchrum: dificultatem hanc dum movebat Ant. fab. in rat. ad d. l. 2. §. praetor ait, statim dolui virum tam cito infelicem, egerat initio tex. felicius quam solet, at non longe à pr.

in hunc errorem dilabitur etiam D. Joan. Vela de poenis delictor. c. 31. ubi priorem — in factum act.e de qua praetor in l. 7. constituit fab. adversus inferentem corpus in alterius sepulchrum, et quod vix est ut feram Gaium id praesensisse affirmat, non calluit fab. sententiam Consulti quae talis est; adversus inferentem cadaver in alterius arcam lapideam puram, non alia actio se offert quae dari posit nisi utilis in factum; non directa q.a propie in alienum locum n. intulit; n. sepulchri violati q.a propie sepulchrum non erat: nec enim ibi agebatur de danda act.e in factum utili vel directa, sed de danda act.e

9\. Sed [illegible] è diverticulo revocat me in viam Ant. Math. qui non pot. defendi ex eo quod recte praedicta adaptentur loco puro; nam ipsum de sepulchro religioso iam facto dissensisse, argumento est q.d ut probaret n. teneri sepulchri violati

ejicientem cadaver, considerat eum qui intullit invito domino teneri sepul-
chri violati (q. non. de loco puro agebat) et per consequens non posse adversus
alium habere hanc accusationem, quemadmodum qui tenetur furti act. non
potest adversus alium eamdem actionem habere l. 12. §. 1. l. 14. §. is autem
ff. de furt. l. 4. ff. naut. caup. = Valedissima, me hercle, haec ratio: non potest
inferens in alienum sepulchrum, ob id quod hac actione teneatur, accusare domi-
num propia authoritate ejicientem cadaver? q. quia inferens non potest accusare
non fiet reus domin sepulchri violati ejiciens? an non meminit Ant. Math.
popularem esse hanc actionem, Praetoremq. cuicumq. agere volenti centum aureo-
rum actionem polliceri sepulchro violato l. 3. ed. tt.?

10 Quibus sic in ipsum authorem retortis telis in eam adducor sententiam
ut potius credam sepulchri violati actione teneri dominum propia author.
ejicientem cadaver, quod alius eo invito intulerit. Sed quaeso, quaenam
ut hoc firmemus abest ratio? sane non alia, quam religionis; violatur
religio semel jam sepulchro insita aliarum rerum illatione, quis enim
nescit quietos solicitari docuit funestis ausibus manes? Valentinianus novel. de
de sepulchris, animasq. defunctorum sepulchrorum derutione inquietari l.
39. ff. de relig. quandoquidem ea gentilibus fuit opinio ut crederent
defunctorum animas una cum cinere sepulchro concludi. Virg. 3. Aeneid.
ubi de Polydoro Ovid. lib. 1. fastor. Propertius eleg. 13. lib. 2. ubi ejus comm.
Itaque inviolatae religionis ancia cura fuit, ut recedere coegisset consultos
a recepto in jure civili axiomate unicuiq. licere authoritate propia des-
truere q. quis non jure in suo aedificavit l. quemadmodum 29. §. 1. ff. ad leg.
aquil. l. ult. §. si ad januam ff. quod vi aut clam, et tandem apud consultos
dubitata quaestio in l. ossa 8. ff. de relig. evincit religio non licere domino
propia authoritate eruere corpus ab alio illatum, non sine haesitatione ali-
quor. J.C. ut indicant illa verba quaestionis fuisse, et notat D. Juan. Suarez
ad leg. aquil. lib. 2. c. 2. sect. 9. = Et ut rem absolvam in argumentum
[illegible], adduco d. l. ossa 8. ubi injuriar. act. teneri qui ab alio
illatum corpus eruerit e fundo puro in quod intulerat (ea omnium est Doc-
torum senta) in quod intulerat illum. Si ergo ubi abest religio, dominus
ejiciens tenetur act. injuriarum, utquid denegabit A. Math. quando
religio adest, quo accusationem, qua violata religio possit vindicari?
nec obstat quod nequeant [illegible] inferens, et ejiciens eod. crimi-
ne polluti vicissim accusationem intendere ex doctr. l. 12. §. 1. l. 14. §. is
autem de furt. l. 4. ff. nautae caup. non ideo minus inultum remanebit se-
pulchri violati maleficium, cum in utrumq. possit quilibet e populo accu-
Sed obscurum valde est quod Iustinianus scribit in §. postea inst.ª de succ. libert. ibi. itaque cum unum quidem filium filiamue hæredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono ac si is sine ullo filio filiaue intestatus decessisset: falsum namque proinde hoc videtur iure ex l. 12. tab. perquam liberto sine liberis intestato mortuo integra hæreditas patrono defertur l. 3. de suis et legitimis l. filius fam. 114. §. 1. de leg. 1. proœmio inst.ª de succes. liberto. Item etiam ex l. Papia quæ cum patroni ius auxisset data ei portione virili in bonis liberti centenarij quamuis filios ille duntaxat patronis tribus relinquisset non potest ... simul videri intestato liberto sine liberis decedente dimidiam tantum partem patrono tribuere quo casu tota ei hæreditas iure antiquo deferebatur arg.º textus in l. virilis 149. de V. S. l. si autem 11. l. libertus 16. de iure patronatus l. Iulianus 37. de bon. libert. vbi Vlpianus docet virilis partis appellatione interdum integram hæreditatem contineri et in l. Papia ex qua liberto centenario sine liberis intestato mortuo sub nomine virilis partis tota hæreditas patrono defertur ut explicat Cujat. in d. l. virilis 149. et tract. 2. ad African. in l. libertus 26. de bon. libert. cui difficultati omissa emmendatione Cujatij lib. 13. obs. cap. 13. et lib. 17. cap. 13. pro vbi intestatus respondentis testatus cui et circa Theophili paraphrasis in d. §. postea accedit omissa et etiam interpretatione Roberti lib. 2. recept. lection. cap. 24. et lib. 3. animaduers. cap. 25. quam apertissime conuincit idem Cujat. d. lib. 17. obs. cap. 13. placebat referri posse Iustiniani verba ad eum casum quo libertus sine filio filiaue naturali intestatus decessit relicto tamen filio adoptiuo suo hærede aut uxore quæ in mariti manum conuenta fuit tunc enim iure prætorio bonor. possess. partis dimidiæ ab intestato conceditur §. qua de causa inst.ª eodem Vlpian. in fragm. d. tit. 29. in principio perindeque ... ex l. Papia quoties centenarius libertus filium unum filiamue relinquit hodie tamen re maturius considerata sic explicandus videtur Iustinianus ut affirmet liberto intestato sine liberis mortuo dimidiam partem deberi quia et si integra hæreditas ... l. 12 tab. deferatur tamen pars quæ ei debetur tanquam æs alienum ei præstatur, ideoque neque ab eo auferri neque legatis onerari valet l. 1. §. vlt. de bon. libert. l. debitor 40. §. 1. de pignor. act. l. cum patronus 22. de leg. 2. neque ab intestato fideicommissis relictis supra debitam eam partem l. filius fam. 114. §. 1. de leg. 1. l. 2. §. vlt. l. filius 12. §. vlt.º de bon. libert. l. qui autem 6. §. si patronus l. præterea 29. si quis omis. caus. test. quibus in locis cum constet totam hæreditatem liberti intestati patrono deferri apparet tamen exprimitur partem duntaxat hoc est dimidiam debitam esse in d. §. postea —

Rursus explicandus venit Africanus in l. liberto 26. de bonis libert. vbi cum filio 200. s. aureos vel octoginta milia sextertiorum in bonis habenti, fundus quadraginta dignus legatus esset et post diem legati cedentem decessisset libertus extraneo hærede instituto. Africanus scribit

poni p[ar]tem debitam Vindicare, q[ui]a propter Computat[ionem] legati quadraginta, Cujus Dies Cedit liberto Cede
rat, videlicet ille mortis tempore maiorum Centenario fuisse; perindeq[ue] sentit Africanus quod si liber
tus minor Centenario esset n[on] posset Patronus partem debitam Vindicari extraneo herede ins
tituto quod falsum omnino e[st] §. qua de cau[sa] inst[itutio] de succes[sione] libert. l. in Conditionibus. 29. §. si
patronus ff. l. Plautius 43. de Con[dictione] et dem[onstratione] qua propter Cujac. tract. 2. ad African. in d. l. 26.
Africani V[er]ba interpolasse inscribit a Triboniano dum respicit ad novum Iustiniani Consti
tut[ionem] que in bonis liberti n[on] Centenarij etiam extraneo herede instituto Patronus de
bitam p[ar]tem Vindicat §. sed nostra inst[itutio] de succes[sione] libert. huic namq[ue] dificultati et si satis fieri
posset supponendo habuisse libertum filium emancipatum preteritum qui Cum posset Con. poss. [contra] tab.
petere patronum excludebat nisi libertus Centenarius esset d. §. qua de causa Cum seq[uentibus] verius
tamen videtur mihi portionem patrono debitam in liberti Centenarij bonis que mortis tempore fuerunt
adquiri ei ipso iure ex l. Pappia arg[umento] tex[tus] in l. si libertus 16 h. tit. sicut Caducum vel ex cap
tibus ex eadem lege et Dominium legati per vindicationem relicti ex l. 12. tab. V[lp]. in Papi.
tit. 19. §. 17. ex quibus Consequens est ut liberto moriente post Diem legati cedentem Cujus Com
putat[ione] maior Centenario sit possit patronus in bonis eius p[ar]tem debitam Vindicare nec possit
heres liberti legati p[ar]tem repudiare que ad patronum iam pertinet ex l. Pappia quia instan
ti quo ipso iure adquisitum fuit liberto l. Cum pater 77. §. surdo. de leg. 2. l. quia re
tro 38. ad leg. Aquil. ita et etiam pro debita port[ione] adquiritur patrono ex l. Pappia Diver
sum autem procederet si libertus Centenarius n[on] esset q[ui]a et si patronus extraneo herede insti
tuto perinde admitteretur ad Dimidiam p[ar]tem hereditatis per Bon. poss. [contra] tab. Cum in
ipsa here[ditate] a patrono n[on] possit nisi postquam heres scriptus hereditatem addit l. illud. 4. de
Bon. poss. [contra] tab. l. 3. §. ut patronus l. libertus 36. de Bon. libert. adquirit heres addi
ta hereditate Dominium legati liberto relicti et quidem insolidum ante quam patronus
exercere possit Bon. poss. [contra] tab. unde et repudiare extraneus heres potest legatum quod
et solide habuit et revocabiliter quesitum e[st] l. Si mihi et tibi 12. de leg. 1. l. si filio.
ff. de legat. 2. Costa in repetit[ione] §. Cum in bello V[er]so bona. n°. 8. Fachineus lib. 2. Con
trover. Cap. 23. ex quibus deduxer. ad Fabr. lib. 1. tract. 9. q. 2.

In eodem themathe retinendo se nobis offert in sequenti Mar
celli Testimonij indagandum in l. ex asse 82. ad leg. falcid. proponit ibi libertum
Ducentos aureos in bonis habentem filium exheredasse (sic supponendum ex principijs Iuris
tametsi a Marcello pretermissum ad principalem aliam q[uestionem] properante, monet Costa
in repetitione §. et quid. si tantum ... n°. 60 Pich. in pro inst. n°. 33. de exheredat. li
berorum) legavit filio exheredato Centum et viginti, extraneo reliqua, nempe 80. in
qua specie docet Marcellus diminutionem legati quod extraneo prestat patronus, pro
ficere filio ad consequenda solida Centum et viginti que legati sunt: utrumq[ue] Iuris rat[ione]
repugnat quia neq[ue] extraneo p[ro] initium legatum dici potest quod ei nulla ex p[ar]te patronus debet
l. Cum patronus 20 de leg. 2. l. ita tamen 27. §. si patronus l. Patronus 60 ad treb. l. pa
tronus 49. de bonis libert. l. Plautius 43 de C. et D. l. si patronus 20 de donat. l. qui autem
6. §. si patronus ff. si quid in fraud. cau. tit. neq[ue] filio solida Centum et viginti deberi possunt
Cum ex Ducentis que libertus reliquit, Centum utpote pars dimidia patrono debean

tur

tr Ex l. Papia d. §. postea inst.ª de succes. libert. Sed ex his Emmendationibus Cuiaci ind. l. ex asse 52. Cujatij lib. 28. obs. cap. 24. Fabri lib. 1. Coniect. cap. 15. observandum est patronum ind. l. ex asse 52. cum ponit dimidium hereditatis se retinere ita ut nihil extraneo et centum dun taxat filio praestare unum potius Iure l. Falcidia atque ita extraneo praestitum legatum deminutum retenta ex eo quarta p.te totius hereditatis nempe quinquaginta perindeque recepisset est ind. l. ex asse diminutione legati quod extraneo praestitit proficere filio ad consequenda solida centum et viginti quinque Patronus simul uti non potest ex l. Falcidia et l. 1. §. interdum ff. si cui plus quam ... explicat Hothomanus lib. 2. obs. cap. 24.

Fuerunt et alia praeter sup.ª recensita circa successionem libertorum ex l. papia quae scribit Ulp. in fragm. tit. 29. et illustrat Balduinus de lege Papia a pagina 121. cum seqq. Primum est ut patronus qui intestati liberti ex l. 12 tab. semper est heres quia foemina suos heredes habere non potest qui si l. ex eadem l. patronum excludunt teste Ulpiano d. tit. 29. in fragm. et l. 3. §. si mu nicipes de suis et legitim. l. unic. de libert. universit. princ. inst. de legitima patron. tutela quod tamen Senatusconsulto Orphitiano postea temperatum est l. 1. §. sin autem ad Tertul.) quamvis ex praetoris edicto non admittatur. Tamen ex l. Papia si liberta ius habeat quatuor liberorum liberatur a tutela patroni sine eiusque authoritate testari potest dummodo virilem partem pro numero liberorum patrono relinquat Ulpianus d. tit. 29. §. in bonis. Secundum est ut patroni filia quae ex l. 12. tab. here dit intestato liberto l. 6. §. 1. l. filius 42. §. ult. de bon. libert. l. 1. §. 1. in fine de legitima tutela ex edicto autem praetoris nihil iuris habet. Admittitur tamen si ius trium liberorum habeat ut Ulpianus asserit d. tit. 29. §. liberi l. Paulus 47. §. 1. de bon. libert. et quidem ex l. papia ut constat ex epigraphe tit. in l. patroni 39. de bon. libert. non autem ex lege 12. tab. quia legitima hereditas liberti amittitur minima capitis diminutione per emancipationem scilicet vel adoptionem l. 1. §. ult. l. 3. §. emmancipatus de adign. libert. iure autem praetorio bonorum possessione ... tab. et unde legitimi non amittitur minima capitis diminutione patroni l. si libertus 23. l. pen. §. longe de bon. libert. Tertium est in patrona quae ex l. 12. tab. admittitur l. liberto 27. de bon. libert. l. 1. §. 1. de leg. tutela l. 3. §. hoc autem unde legitimi l. 3. §. pen. siquid in fraudem patroni §. ult. inst. de legitima patron. tutel. non autem ex edicto praetoris l. 1. Cod. de bon. possess. contra tab. lib. admittitur tamen si ingenua sit tribus liberis et libertina tribus honorata. l. Iulianus 37. in f. de bon. libert. Ulp. d. tit. 29. §. si patrono. Quartum denique est ut patroni filij ex l. 12. tab. suc cedant intestato liberto l. satis 22. de iure patronatus l. patrono 40. de bon. libert. quamvis praetoris edicto excludantur, admittentur tamen ex l. papia si eorum mater ingenua sit tribus liberis relictis Ulp. in fragm. d. tit. 29. §. ult. l. filius 42. ubi Paulus de bon. libert.

Expositis iam iuribus patroni in bona liberti nunc de casibus quibus amittat vel adquiratur agere ratio expostulat. in l. autem 1. h. tit. agitur de actione vel querela ingrati quae datur pa trono adversus libertum: quae instituitur apud praefectum urbi l. 1. §. cum patronus de off. praefecti urbi in provincia apud praesides. ex qua actione varie fit consummatio. interdum aufertur liberto dimidia pars bonorum quae assignatur patrono. interdum vero fustibus caeditur l. 7. §. ult. h. tit. interdum libertus urbis tantum interdicto punitur l. nec quidquam 9. §. 3. de offic. proconsulis interdum etiam damnatur in metallum vel datur in exilium temporale l. 1. ult. crimin. h. tit. Ex constitutione autem Commodi imperatoris liberti rediguntur in potestatem patro ni ut servi sed ut ministerium praebeant. sed si adhuc contumaces existant cuilibet eos emere volenti addi cuntur dato pretio patrono l. alimenta 6. §. ult. de liberis agnoscendis interdum et etiam libertinus fit servus ob in gratitudinem videlicet si subornato delatore fecerit controversiam status patrono l. 1. inst. l. Divus 5. h. tit. l. ... 21. in princ. de eo quod metus causa hodie autem generaliter receptum est ut redigantur in servitutem ingrati liberti §. 1. inst. de cap. diminut. l. 2. Cod. de libertis et eorum liberis l. pen. Cod. de oper. libert. sicut etiam de liberis ingratis emmancipatis l. 1. Cod. de libertis ingratis et de donatarijs ut constat ex tit. ... revocandis donationibus. Ex his namque causis datur actio vel querela ingrati et si non datur ad petendam remunerationem quamvis iure naturali debeatur l. sed et si 25. §. consuluit 11. in fine de petit. hereditatis

~~[illegible] Debitor [illegible]~~ et si Accursius referat in d. l. si quis asperem. fuer. manum. L. longobardorum
permissam fuisse actionem ad exigendam remunerationem quam actionem appellauit Azo. Muchilda. sed Cujat
in met. ad hunc tit. in d. L. legit launachildam q̃ launachin dicitur remuneratio in L. 3. de ultimis volun
l. 4. de donat. L. 3. de sponsalibus in legibus Longobardorum

Ingratus libertus dicitur qui debitum obsequium patrono non praestat d. ingratus 19. ff. h. tit.
veluti quia patroni vel tutellam filiorum administrare detrectat. sciendum autem est solum quod non
honorat patronum non redigi in seruitutem l. solo Cod. de liberal. caa. vel ex eo quia inuito patrono aliquam
artem vel negociationem utilem exercet l. ult. infra de obsequijs et si in eadem ciuitate loco et colonia
eam exerceat dummodo damnum et si non lucrum non sentiant l. 45. de opperis libert. l. ingenuo 40. l. liberti
2. h. tit. l. illicitas §. neque deo[illegible]. praejudicis. sciendum est aliquando tutorem legatum relinqui ut tutelam susci
piat eius officij remunerandi causa qui repellitur a legato si se ab onere tutelae excusauerit dummodo per eum ste
terit quominus tutor non esset l. 28. §. 1. et l. 32. de excusat. tutor ex quo dubitari potest cui legatum hoc ad
iudicetur an fisco. si cum a tutore auferatur tanquam ab indigno sit uerius est ipsi pupillo applicari l. pen. Cod.
de legat. quod si tutor legatum agnouerit deinde a tutela recte non excusaretur l. 5. § amittere de his quibus
ut indignis. verum huic sententiae obstat Martiani locus in l. si quis 3. h. tit. ubi tutori legatam ancillam fuisse eius
officij remunerandi causa eiusque fidei commissum fuisse libertatem fideicommissariam praestare Martianus scribit postea
postquam manumisit et perconsequens post agnitionem legati se excusauit a tutella utique lex se esse patro
num et si commodum patronatus non habeat quod interdum euenit quia bene potest ut quis sit fructuarius usus
fructuarij habeat et tamen commodum usufructus non recipiat l. si usufructus 66. ff de iure dotium l. 11. §. 2. de pignoribus
ex quibus Cuiac. infert ut post agnitionem legati excusari quis possit ab onere tutellae; quibus ex iis Iacobi Cuja
cij in d. l. ad hunc titulum responderi potest dicendo tutorem cui legatum relictum est ut alij praestet non repelli a legato
et si recuset tutellam quia illius emolumentum ad ipsum non pertinet sed propter fideicommissarium capit l. 27. de excusat.
tutor. interdumque fit ut incapax sit heres fideicommissumque valeat si cui relinquitur illud capere possit l. cui 26. § si
quis solidum ad Treb. et in hoc autem casu legata erat ancilla tutori sed rogatus erat manumittere itaque poterit
recusata tutella legatum agnoscere vel e contra cum hoc fiat ratione ancillae manumittendae sed quia remam
serit et quidem cum ius patronatus commodo caruit patronatus

Explicuimus quomodo ius patronatus acquiratur nunc quomodo amittatur sciendum
est et inprimis patronus libertum egentem si deseruerit nec aluerit amittit ius patronatus cuiusque liberi etiam
illo careant l. si patronus non aluerit de bon. libert. 2. amittit si patronus libertum vel libertam viduitati obligauerit
quod stipulatione aut iure iurando fit l. aliquem 6. h. tit. quod propter publicam utilitatem quae inprocreanda
humanae naturae sobole uersatur l. Aelia Sentia constitutum fuit eidemque rationi lex Iulia miscella prohibens
remittit iurare conditionem viduitatis legatario et si exigat legatarium de matrimonio liberorum quaerendorum causa contrahendo
iurare quam iuramenti formulam refert Aulus Gellius lib. 4. noct. atticar. cap. 3. quod a Iustin. iuris iurandi
periurio via aperiretur sublatum est quoad iuramentum viduitatis et si [illegible] sit remittitur l. cum
[illegible] 72. §. 5. l. sed si hoc 62 §. ult. de cond. et d. Donel. 2. comm. cap. 32. ibi Gualdus lit. K et l. quod
si non fecerit proprie non iniungendo viduitatem sed potius curam filiorum impuberum respiciendo veluti si ca
forma ita dixerit si a liberis impuberibus ne nupserit d. l. 62. §. ult. postremo etiam quaeritur an si tale vidui
tatis iuramentum filius patroni a liberto exegerit inscio vel in uito patrono tale ius ammittat Paulusque
in d. l. 6. inspicio h. tit. tale ius patronum non amittere asserit dummodo illud remittat instanti quo ~~[illegible]~~
cognouerit l. ult. in fine ff. qui a quibus man. postea ius patronatus amittit si patronus obligauerit libertum
ut sibi det mercedem opperarum ut si stipulatus sit in singulas opperas diurnas quinque aureos. quia et si
possit liberto patronus imponere opperas non tamen stipulari ut mercedem ei ferat pro illis non ualet l. ult. §.
qui et a quibus l. patronus 25. de oper. libert. d. l. aliquem 6. §. stipulatus h. tit. praeterea patronus re
pellitur ab utraque bon. poss. si donum munus et operas liberto imposuerit quia utrunque petere non potest l. sicut
in sua l. 2. Cod. de bon. poss. contra tab. lib. deinde repellitur ab haereditate si operas uendiderit libero acceptio
ratio quoniam tunc eas videtur exegisse l. Iulianus 43. de bon. libert l. 4. Cod. de oper. libert. idemque
dicendum si patronus exegerit pecuniam in statu libertatis promissam ut ipsa libertas opprimeretur repellit ab ipsius bonis.
l. 1. §. qui onerandae ff. quarum rerum actio non datur quia et si eam exigere non possit l. qui onerandae de oper.
libert.

Cæterum Patronatus Ius minuitur si libertus ipso Iure liberatus fuerit ab obligatione operarum quæ tunc idem est ac si patronus operas exegisset l. libertus qui operarum de oper. libert. libertus ipso Iure dicitur obligatione operarum si libertus duos filios modo non infames vel unum quinquennem in potestate habeat l. qui libertinus 37. de oper. libert. Ant. August. de legibus cap. de l. Iulia de maritan. ordin. pag. 75. Cuj. lib. 5. respons. Papin. in l. libertus 41. in fine de oper. libert. Balduinus de l. Pap. pag. 117. Conanus l. 2. Comm. cap. 2. n.° 4. Faber in Iurisprud. tit. 6. princ. 2. illat.e 20. quibus si propositis dubitari potest an posthumus post mortem patris natus heredes liberti a præstat.e operarum liberet et Paulus in d. l. qui libertinus 37. §. posthumus 7. neget eos liberare quia cum lex Iulia loquuta de ipso libertino sit incipere ab eo vt ad eum proficiscatur liberatio debet l. vnic. Cod. vt act.es ab hered. et c.a nec libertinus liberari intelligi potest post mortem suam quo tempore nascitur posthumus quia quamuis lex Iulia de genitis loquuta fuerit d. l. 37. ipsa tamen eos intelligi qui in potestate liberti fuerunt posthumus autem ante quam nascatur non potest dici in potestate morientis fuisse l. vlt. de Collat.e bonor. et quamuis natus retro a tempore mortis pro nato habeatur vt quoad ipsius commoda in potestate fuisse censeatur n. tn. vt alij prosit l. qui in vtero 7. l. pen. de stat. hom. l. in Sicilia 9. ad leg. falc. l. 2. §. qui autem 6. vbi Cuja. de excusat. tutor. Quæ est ss.ma d.i legis 37. in §. si posthumus 7 quam satis non explicat Fab. d. tit. 6. princ. 2. illat.e 22. Sed vt aliquid in d. §. si posthumus interdum ... mus verba illa ex l. autem nati liberi prosunt intellige ~~secundum~~ eo modo vt sinus sit duntaxat cor ... ad liberat.m prodesse qui ex l. nati sunt id est ex nuptijs secundum legem Iuliam contractis non libertino ... senatoria persona aequo ex l. vlt. de statu. hom. l. adigere 6. §. vlt.mo de iure patronatus l. vni ... et vxor l. filio 42. §. 1. de rit. nupt. Vlp. in fragm. tit. 16. §. aliq.do

Præterea prænotandum est legem Iuliam exigere libertos in potestate aut vello ... teste Aulo Gellio lib. 2. noct. attic. cap. 15. ad hoc vt libertus propter liberos solutus sit obligat.e operar. d. l. 37 ... plicat ... Othomanus lib. 7. obs. cap. 7. Fab. in Iurisprud. tit. 24. princ. 1. illat. 2. quamuis aliter explicat Balduinus de l. Papia pag. 110. Ex quo deduci videbatur liberos antea amissos non prodesse liberto ad eas operas quæ postea imponuntur cum impositio operar. fiat in continenti postquam libertas concessa fuit l. vlt. de liberal. causa sic quos liberos amissos fuisse in seruitute supponi debet cui dubitationi fauere videntur ea verba ibi qui libertinorum plures ve. a se genitos natasve in sua potestate habebit quæ clare indicant liberos in potestate esse debere quo tempore tractabitur de liberat.e operarum sed tn. liberos amissos ante impositionem operar prodesse liberto ad earum liberat.e affirmat Iulianus in d. l. 37. §. 1. de oper. libert. et cum prodesse non possint nisi in potestate alicuius tempore fuerint neque in potestate esse possint nisi nati ex legitimo matrim.o princ. inst. de patria potest. neque id contractum fuerit nisi postquam libertus manumissus ciuis Romanus est princ. inst. de nupt. fatendum a fortiori ... hi liberis Iulianum tractasse qui saltim vno anno post manumiss.m nati sunt post quod tempus impositio ... operarum vt exprimit ab Vlp. in l. sui Iurandi 7. §. Iurare 2. de oper. libert. cuius n.m perperam Triboniano tribuit Fab. lib. 2. Coniect. cap. 20 contendens non aliter libertum obligari operas promittendo quam si incontinenti promittat post manumissionem nec nobis quidquam obstat d. lex vlt. de liber. causa cuius sinus hic est ... seruus qui Iurauerit se operas præstaturum non aliter obligatus post libertatem sit nisi post manumissionem Iurauerit promittat l. seruum 36. de manum. test. l. ... 24. et l. pen. de stat. liber. et non aliter Iurare ... promittere cogatur nisi incontinenti post manumiss.m l. operis 32. de oper. libert. Sed si sponte sciens se cogi ... sponte ex interuallo etiam post manumiss.m Iurauerit vel promiserit obligabitur omnino l. Campanus 47 ... oper. libert. l. 1. §. in summa quarum rer. actio non datur. explicant sic post Accursium Aluarius in d. l. ... lib. 2. Comm. cap. 12. —

Diximus propter duos liberos in potestate retentos vel vnum quinquennem ipso Iure ... obligat.e operarum solutum esse dummodo infames non sint quia lex Iulia eos prodesse noluit ... liberi scenicij, et Bestiarij quia patris culpæ attribuit quare eos liberaliter atque honeste ... educauit nec infamari probono ministerio et quæ ... qualis est artis ludicræ exercitio ... l. 1. et 2. §. vlt.o de his qui not. infam. l. mater 10 §. vlt. l. marito 24 ad leg. Iul. de ... l. quædam 29. de pænis l. 49. et l. senatoris 47. de ritu nupt. exornant præter Conjectur ... ad Donell. lib. 12 Comm. cap. 7. lit. A Balduinus de lege papia pag. 73. Brissonius de ... bonorum pag. 17. Atque famosa est operarum locatio cum bestijs in arena depugnandi causa ... mouet 6. vi.o qui operas depugnandi l. 4. de Accusation. l. 1. §. qui operas ad SC. ...

dubia de Testibus ubi Cathorp[?] redeus illiger[?] ad Donel. d. lib. 17 Cap. 3. litt. B.B. et Seqq. et Cui-
ac. lit. A. præterea Ius patronatus minuit libertusque a tali præstat.ne operar. relevatur si patronus
rei Capitali damnatus sit et non restitutus l. filij 9. § ult.o l. Siue 21. ff. h. tit. idemque evenit si filius patron
qui ad patronatus Ius Iure filij et non manumissoris libertum Capitis accusauerit vel si in servitutem
per Calumniam petierit vel eum flagitij alicujus reum esse indicauerit d. l. 9. in fine et l. cum lo-
cum sequenti ff. h. tit. quam legem Cum patronus lo. intellige secundum Accursium ibi et Cuja in rec
tat.e solemni ad hunc. tit. de filio patroni Cum hoc in eo si maior viginti quinque annis sit re
ceptum sit l. qui Cum maior 14. l. in servitute 16. de bon. libert. itaque differentia est inter patronum et
patroni filium quia maius est Ius patronatus in ipso patrono quam est in filio qui Iure filij patronatum
habet nam ille si libertum accusauerit etiam si Calumniator sit tale Ius non amittit l. filius 33.
§. 1. de fideicom. libert. finge aliquem Servo in test. fideicommissariam libertatem a filio herede instituto sub
Conditione reliquisse hunc si per filium steterit quominus Conditio non impleatur ipso Iure ex S.C.to Rubriano
Servus liber erit. Sed quamuis ipse filius a success.e liberti removeatur quia inquantum ex se fuit
voluntati defuncti non obtemperauit tamen servus libertus remanet Orcinus id est testoris ad Cuius suc-
cessionem et si manumissor filius non vocetur tamen ut filius patroni ad utramque illius bon. poss.m inuitatur
in quo maxima diff.tia est nam si ipse ut manumissor vocaretur et si liberti Capitis accusaue-
rit et Calumniator extiterit ut diximus tam ab eius success.e non repelleretur sed q.a ut filius
vocatur si reum alicujus flagitij vel alio modo libertum accusauerit Ius patronatus amittit l.
filij 9. in fine Cum duabus legg. ff. h. tit. Sed hoc tantum in Casu tale Ius filius amittit
sed non nepos quia et si Iure patris ad talem successionem inuitari non possit tamen tanquam libertus
aui paterni vocatur taliterque nota filij personalis tantum est quod a Diuis fratribus refertur in
l. Diui 17. ff. h. tit. d. l. in servitute 16. § si patroni 4. de bon. libert.

Dictum est hucusque de Iuribus patronatus interque impositionem opperarum nu-
meravimus curiosius egimus etiam de modis quibus adquiruntur vel amittuntur. Nune opere pretium erit
quid sint operæ et quotuplex recensere operæ namque diurnum officium præstat.o c. l. 1. cit. de oper
libert. l. 2. de annuis legat. l. si peculium 20 § quædam de statu liberis, notat post alios Rebu-
ffus in l. sciendum 7. § pen. de V. S. faber lib. 20 Coniect Cap. 19. Caneirola lib. 2. thesauri variar.
Cap. 155. Sunt autem opperarum quas hic propriæ vocamus duæ species. officiales una quæ in off.o
liberti a patrono consistunt non in certo artificij genere l. si non sortem 26. § libertus de Condit.e
indebiti l. Cum patronus 22 de oper. libert. veluti ut Cum patrono moretur aut peregre pro-
ficiscatur aut negotium eius exerceat l. hadenum 32 de oper. libert. Aliæ namque artificiales
vocantur quæ incerti artificij genere consistunt, veluti fabriles, pictoriæ, etc. l. operæ 9 l.
hæ operæ 23. Cum seqq. de oper. libert. officiales operæ non prius cedunt sive non antea deberi in-
cipiunt quam a patrono indictæ sint Cuius Commodo edendæ seu exhibendæ sunt l. Cum pa-
tronus 22 l. quoties 24 l. operæ 9. l. siquis, hac lege § Iudiliu de oper. libert. Artificiales
autem seu fabriles Cedunt ex die interpositæ stipulationis, quia q.a non tam ex patroni proprio
commodo quam pecunia æstimantur d. l. quoties 24 de oper libert. denique officiales patrono de-
bentur et sine Coniuratæ neque iuratæ neque promissæ sint et si soluantur non repetuntur, in fabrilibus
contra hic sunt, quia non quemadmodum libertus patroni officium ita artificium debet d. l. si
non sortem 26. § si libertus de Cond. indebiti. Explicant has et alias diff.as Cuja lib. 17.
obseru. Cap. 12. et in recitat. ad tit. Cod. de oper. libert. Donel. lib. 2. Comm Cap. 18. Fauer in
iurisprudentia tit. 5 princ. 2. illat.e 12. Conanus lib. 2. Com. Cap. 1. Petr. Gregor. lib. 12 Syntagm.
Cap. 3. Segui Jordij ad fabr. lib. 3. tract. 16. q.e 3. Rich. in prio instit. n. 62. de adquirit
per adrogat. Alciat. lib. 3. disput. Cap. 13. Sthom. de V. S. Iuris Voc. donum

Hæc sunt genera opperarum, quæ non alijs quam patroni deberi intelliguntur, id. non
Omnibus patronis perpetuo præstatur, quia non omnes esse manumittere dicuntur, quamuis sit quibus Cuiantibus,

Cum

cum emittant ut manumitterent seruus peruenit a d. libertatis ut ex Constitutione Diui Marci
dicit tales operas non debentur l. si quis 13 de oper. libert. l. 2. Cod. eod. tit. Nec quibus bona addi-
cta sunt libertatis conseruandarum causa ex alia eiusdem Diui Marci Constitut. d. l. si quis
13. § 1. Nec qui nummis acceptis manumiserunt l. 3. l. 7. Cod. de oper. libert. neque qui ex fi-
deicommissi causa manumisit l. 7. § rescriptis l. Cerdonem l. Campanus 47. de oper. libert. l. 5.
Cod. eod. l. videndum 95. de leg. 1. Nisi filius defuncti sit qui ex fideicommisso manu-
misit l. si filius 33. de fideicom. libert. l. qui ex causa 29. § 1. de Con. libert. vel nisi libertus
sciens se non teneri sponte promiserit d. l. Campanus 47. Cujac. lib. 9. respons. Papin. in d. l. Cerdo-
nem 42. fab. lib. 20 Conject. cap. 16. Deinde non omnes operas patrono soli debentur quia fabriles
seu artificiales cum non tam ex patroni commodo quam ex artificij estimatione consistant pro-
inde ut extraneo debeantur possunt a quocunque cuicunque prestari ac solui d. l. operas 9. l. si
10. Cum l. gen. § 1. de oper. libert. et ad extraneos heredes transeunt l. fabriles 6. ff. eod. et admi-
ttunt adiectum solutionis causa siue uxorem patroni l. ult. § 1. l. hae operae 23. de oper. liberi
sentit Cujac. lib. 17. observ. cap. 14. Donellus lib. 2. Com. cap. 12 Beltrandus Maurus de iure li-
berorum cap. 12 quamuis dissentiat illis ibid. lit. D. Faber in Iurisprud. tit. 5. princ. 2. illat.
officiales vero deberi alijs non possunt quam patrono cui soli officium proprie prestatur l. opera-
rum de oper. libert. l. si non sortem 26. § libertus vers. sed si delegatus de Cond. indebit. ideoque solu-
tionis causa in earum promissione adiectus non potest adici l. Seruus 10. § 1. Cum seqq. de oper. libert.
neque eas seruus patroni sibi potest stipulari l. si seruus 32 de stip. seruor. neque extraneo
delegari valent d. vers. sed si delegatus legis si non sortem 26 Nec marito patronae l. libertis
Cod. de oper. libert. neque ei a quo patronus adrogatus est prio inst. de acquisit. per adrog.
nec in fideicommissarium hereditatis transferuntur l. patroni 55. ad SC. Treb. neque ad heredes
extraneos l. pro herede 20. § siquis l. m. de acquir. hered. l. fabriles 6. ff. l. liberti
10 Cod. de oper libert. supra relati authores * Ex quibus lucem capit Paulus in rellata l. qui
libertinus 37. § si Creditori. 4 de oper. libert. + ubi asserit quod si patronus liberti creditori
delegauerit ut pro debito operas sibi iam promissas soluat liberari libertum a patrono si soluerit
eas extraneo. Cum delegatio vicem solutionis contineat l. 4. de nouationibus. quod difficilem
si non attenderemus Paulum ibi tractasse de operis artificialibus quia ut supra diximus libe-
rtis extraneo deberi possunt postquam ex promisso fuerant ipsi patrono cum non antea de-
beri incipiant quam eas ~~fuerat~~ sit patronus stipulatus nec delegatio fieri possit ante quam
debitum in persona delegantis consistat. indeque nihil mirum si Paulus ibi ~~a~~ asserat dele-
gatione facta ex l. Iulia liberari libertum a patrono ~~tam~~ delegatione facta operarum arti-
ficialium cum hae recte possint extraneo solui.

* nec libertus liberis patroni
eo viuente stipulari potest
eas si sibi etiam non simpliciter
aut inpersonaliter stipu-
letur quoniam ex persona filij
tralis patrono tantum
promitti possunt et filius ui-
uo patre patronus non est
l. si seruus 10 Cum l. seqq.
de oper. libert. l. si seruus
32 de stipulat. seruor.

Crescit ex eisdem principijs non minus elegans et electa questio
in d. l. 37. § ult. ubi scriptum est, etiam si de persona libertini lex Iulia loquuta dum
sit ad fideiussorem pro eo obligatum non eius pertinere quia equum est quod fideiussor libe-
retur ex l. Iulia postquam libertus soluendo operas ex eiusdem legis non liberatus existat cont-
rario si fideiussor et non libertus pro eo soluerit l. in omnibus 43. de solution. l. 1. § excepti-
ff. quar. rer. act. non datur. Quod si pro operis libertus patrono expromissorem dederit qui se ob-
eius reus principalis debendi fiat l. quamuis 6. § si conuenerit ad Velleian. l. 4. de Condit. ind-
ebita et causa non secuta nihil hoc caput legis Iuliae illi profuturum Paulus ait cujus rationi
de ratione constant potius quam capiunt Balduin. de leg. papia pag. 120. Bertrandus
de iure liberorum cap. 12 fab. in Iurisprud. d. tit. 5. princ. 2. illat. 12 quare ut breuiter expro-
misso frequens est in hac specie reos fieri expromissores pro libertis qui ipsi prius non expromiserint
l. eleganter 7. § seruus de dolo l. aliquando 13. ad Velleian. quo sane casu neque expromissori

ri Contra patronum neque liberto Contra expromissorem lex Iulia prodest, quod verum est liberto patrono non promittente d. §. Sed si Creditori quamvis si prius ille promisisset et ipsi expro minori et liberto sicut et fideiussore prodest d. l. 1. §. exceptiones ff. quarum rer. act. [illegible]

Denique praenotare opportet quod et si verum sit officiales operas soli patrono deberi posse in earum petitione post Condemnationem factam in quemlibet extraneum transmitti posse sicut diximus de artificialibus postquam eas a liberto patronus fuit stipulatus quoniam sicut operae artificiales promissae iam facta quia ex pecunia aestimantur extraneo cuilibet deberi valent, idem dicendum est de officialibus post Condemnationem factam (In. v. tamen si patronus iudicio egerit cum liberto et lis contestata sit l. si operarum 29. de oper. libert.) quia dictae semel condemnatione facta potius ex pecunia quam ex officio aestimantur ex hisque nota liberos post Condemnationem susceptos ex l. Iulia non prodesse ad earum liberationem quia ut diximus illae operae ex pecunia aestimari ceperunt lexque Iulia locuta non fuit de illa l. 6. de oper. libert quod contra esset si tantum adhuc petitae essent et ex pecunia aestimari non cepissent d. l. 37. §. non solum. ff. eod. ex qua observatione lucem capiunt aliquin pugnantes textus in l. 4. et in l. si operarum 29 de oper. libert in qua Cujat. lib. 27. obs. cap. 29. et lib. 20. q. Papin. in l. si patroni 55. ad Treb. temere negationem tollit ne pugnet cum d. l. 4 ≈ superest pro Coronide explicandum quomodo impositio operarum fiat: triplicemque Paulus in d. l. 37. ibi de quibus iuraverit, vel promiserit, obligatusve erit. imponi posse videtur asserere. primo operarum imponendarum proprius modus est iusiurandum ex quo si libertus patrono libertatis causa iuraverit, operas, donum, munusve, praestare edicto praetoris ei actio competit l. ut iurisiurandi 7. de oper. libert l. ult. de liberali causa l. et per iusiurandum 13. de acceptilation. l. 6. §. si quis de Confessis l. servum 36. de manumis. test. Cajus lib. 2. inst. tit. 9. §. 5. sive ex l. Iulia et Papia ut affirmat Cujat. lib. 5. q. Pauli in l. si quis 56. de fideiussoribus quamvis alias ex iure iurando conventionali inter alias personas obligatio civilis non nascatur d. l. 56. iuncta l. si q. 2. in fine de oper. libert Donell. lib. 2 Com. cap. 9. faber lib. 20 Coniect cap. 12 Rich. et ab eo laudati in prio inst. n. 66. de adquirit per abrogat.: secundus modus a Paulo nostro promissio sive stipulatio refertur quae edicto praetoris confirmatur l. 2. de oper. libert aliquin irrita esset iure Civili tanquam libertati contraria l. nullum 1 de obsequiis l. 4. si aparen. quis sue. manum: Tertius igitur modus in illis verbis obligatusve erit insinuatur et quoties ea lege aut conventione data est libertas ut operae praestentur l. in liberto 77. de Solution. l. 3. ff. an servus pro suo facto quo etiam casu etiam praetoris tuitione subsistit impositio operarum ut docet faber. in iurisprudentia tit. 5. prio 2. illat. 15.

Repetitio ad Textum in l. si vero. 12. §. si mihi. 9. ff. Mandati
facta a D. D. Laurentio Santos de San Pedro Salmanticae,
anno. 1649.

Prae manibus est Domitii Ulpiani responsum in l. si vero. 12. §. si mihi. 9. ff. mandati; cuius haec verba: Si mihi mandaveris etc. Hactenus Ulpiani verba quorum haec sententia. in cuius textus laudati paraphrasim agam. [quia vetus est et nobis mos veniens necessarius]. Haec quoque Ulpiani verba. Si mihi mandaveris ut rem tibi aliquam emam, egoque emero meo pretio habebo mandati actionem de pretio recuperando. De contraria mandati actione est disputatio: duplex est enim mandati actio, quarum unaquaeque unicuique dat contrahentium: alia est actio directa mandati, alia contraria. Directa dat mandatori, contraria mandatario; Mandatorem dicimus illum qui mandat, mandatarium eum cui mandat. ita passim in nostro titulo nullibique invenies permutata officia, et appellationes in nostra iurisprudentia duntaxat invenio, quandoque mandatoris appellationem ambigua significatione, neque e triviis petita, quippe dictum mandatorem invenio cadentis Imperii temporibus qui a Caesare mandata acciperet ut tumultus sedaret in circo et quid facto opus esset praescriberet in teatralibus ludis. notat ex Theophane et Suida Nicolaus Alemanus in notis historicis ad Anegdota Procopii Caesariensis ad paginam 83. lin. 30. fortasse ita appellabat quod etsi a Caesare mandata acciperet ipse tamen ad populum mandatoris vices obiret velut Caesarem repraesentans

Verum ut in orbitam iteram currum agamus: Mandatori, hoc est ei qui mandat, actio dat directa mandati contra mandatarium, mandatario vero actio contraria mandati contra mandatorem, illa nihil ad nos, consulto eam omittimus, hanc mandati contrariam scilicet actionem Ulpiani verbis inhaerentes praesto habentes prosequemur: Igitur contrario iudicio mandati experiuntur qui mandatum susceperunt. hac l. si vero 12. §. contrario. 7. ad repetendum scilicet quidquid sumptus impenditique in exequendo mandato factum fuerit bona fide. l. idemque. 10. §. idem Labeo. 9. l. inter causas. 26. §. fin. l. si quis. 27. §. penult. l. si mandatu 45. in principio. et §. si fideiussor. 6. l. qui mutuam. 56. §. fin. hoc nostro titulo mandati. l. qui proprio 46. §. item 4 cum seq. ff. de Procurat. l. sumptus. 53. de Pactis. l. Pap. 14. ff. de Publ. in rem acte l. eam tamen. 5. §. quid tamen. 6. ff. Iudicatum solvi. Iulius Paulus. lib. 2. sent. tit. 15. §. 2. explicant Faber in rat. ad nostram l. 12. §. contrario. 7. et passim per totum titulum Cuiac. lib. 3. resp. Pap. ad d. l. qui mutuam. 56. §. fin. hoc tit. idem Cuiac. lib. 2. resp. Pap. ad l. liberto 31. §. item 2. de negotiis gestis et in l. 1. Cod. mandati. Viucenbekius in parat. ad nostrum titulum nu. 11. Donel. lib. 13. com. cap. 12. ibidemque in notatis Hilligerus. Duarenus ad hunc titulum cap. 3. idque sane ea optima ratione, bonae enim fidei consonum est, ut servet indemnem mandatarium, ne damno afficiatur qui officium amico postulanti praestitit. l. mandatum. 15. ff. hoc titulo l. ex mandato. 20. in principio ff. eodem. l. si servus 61. §. quod vero 5. ff. de furtis. l. sed si quis. 7. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. l. 1. §. 2. ad S. C. Trebel. fere enim nemo mandat nisi amico ut aiebat Cicero pro Roscio Amerino convenit l. liberto 31. in principio ff. de neg. gestis. l. 1. §. fin. hoc titulo l. fund. 33. de adquir. [illegible] l. si negotium 23. ff. de reb. author. iud. possid. et l. 1. ff. quib. mod. pignus vel hypoth. solvitur. Ovidius lib. 1. de arte amandi. notatque Cuiac. lib. 12. obser. cap. 34. Et quidem mandatum bonae fidei contractus l. idemque 10. in principio hoc titulo §. actionum. 28. Inst. de actionibus. et publice expedit eum ab utroque contrahente fides data invicem intelligatur, a mandatario scilicet quod exequatur mandatum, a mandatore vero quod impendia restituat. Publice inquam expedit ne fidem fallerent. Est quidem fides ut alter aiebat mortalium nexus, neque enim homines solum in agris olim ac nemoribus solitarios ac vagos semel ad communionem rem eadem sub moenia traxit, sed quidquid commercii operisque quidquid induciarum ac foederis, quidquid amicitiae et affinitatis, praesentes absentesque perpetuo contrahunt, ea mutua inter homines fides persuadet, hanc si ex animo tollas, continuo sanguinis et necessitudinis coniunctio, legum sacramentorumque iura, negotiorum ac societatum conspiratio dissolvitur, ipsi inter se mortales aversi et suspiciosi, sibique ab aliorum perfidia metuentes, ab rerum administratione publicarum, ab urbibus atque conventibus, a communi colloquio conspectuque ad silvas et glandes more pecudum redigentur. Publice itaque expedit ne fidem fallant sicut ne mandatarius mandatori, ita nec mandator mandatario. Inde igitur recte Ulpianus Si mihi mandaveris ut rem tibi aliquam emam egoque emero meo pretio, habere me ait, mandati actionem ad pretium recuperandum, quod confirmat in specie Paulus. lib. 2. sent. tit. 15. §. 2. et ipse Ulpianus in hac lege si vero 12. §. inde Pap. 3. hoc tit.

Unde infero explicationem ad difficile eiusdem Ulpiani responsum in §. fin. huius nostrae
legis. ubi Cott. iuncta. l. seq. in quo textu duplex se offert difficultas quae, utraque nostri textus doctrinam
pessundare videtur. 1a in eo est quod ad pecuniam recuperandam quae soluta fuerit ex mandato
inutili, utilis dat et efficax actio mandati mandatario contra mandatorem: inutile sane fuerat
mandatum, utpote collatum post mortem mandatoris. argumento textus in l. inter. 26. in princ. l. 58. in
princ. hoc tit. l. cum pater. 77. §. mevio 6. de legat. 2. l. quae situm. 15. §. Iullianus 1. ff. qui et a quibus. l.
cuiusqui. 41. de rebus credit. l. ult. de solut. l. 15. Cod. mandati. §. recte. Inst. eodem. cum similibus
huiusque quae fuse tradunt Donellus lib. 16. com. cap. 23. et Osualdus in notatis ad eum litera B. iterumque
retractat ipse Donellus in l. 15. Cod. hoc tit. Hotomanus lib. 2. amical. cap. 38. Connanus. lib. 7. com. cap.
14. nu. 10. et 11. Ille magnus Ovetensis meae familiae alumnus in litteratorum memoria per seculorum
progenies aeternum duraturus, ille inquam magnus Peritiae Princeps et Castellae Praeses
D. Don Didacus Covarrubias. lib. 1. var. cap. 14. nu. 16. cum aliis relatis ab Academico nostro Primario
Ant. Pichardo in §. recte Inst. hoc tit. nu. 6 = Agnoscit difficultatem Bartolus in d. §. fin.
nostrae legis. rem que totam comprimit acervi. Cott. Sed non dum in tuto nec prope tantae difficultatis periculum
effugimus quippe etsi mandatum et eius effectus conferatur post mortem mandatoris mandatum
non morte finiendum nec actionem mandati ad repetendum pretium expensum praestandum
mandatario probat ex textu in l. et si quis. 14. §. si cui. 2. de relig. et sumpt. funerum. ubi Cott. cui concinit. l. ult. de solut. ubi Cott. Respondetur tamen ommissa emendat. Cuiatii lib. 1. observ. cap. 38. et Brissonio lib. 1. de solut. Hotomano d.o lib. 2. amical. cap. 38 cum aliis relatis ab Osualdo in notis ad
Donel. d.o lib. 16. com. cap. 23. lit. E. Respondetur inquam cum Donello d.o cap. 23. distinguendum inter mandatum de re pertinenti ad heredem et mandatum ad heredem non pertinente =

2a difficultas in eo est quod mandati actionem denegat Ulpianus in d. §. fin. cui cui monumenti constructio, vel fundi emptio mandata erat ex sua ex sua pecunia, hoc est mandatarii pecunia. Cott. Respondetur et faber in rat. ad eum textum verbum illud sua pecunia non ad mandatarium
sed ad mandatorem referendum; quasi sensus sit, iniunctam a mandatore monumenti constructionem vel fundi emptionem pecunia ipsius mandatoris. Quo supposito aiunt et illius et faber ideo mandati denegandam mandatario, si sua pecunia et sua pecunia monumentum extruxerit vel fundum comparavit quem ipsius mandatoris pecunia emere
iussus fuerat, quoniam mandati fines egressus sibi debet imputare, mandatoris pecunia potius, quam sua emptionem non parasse, diligenter enim fines mandati custodiendi
sunt ut inferius notabimus; At sane hanc solutionem ipsius Ulpiani verba aperte ni fallor
improbant. audite Ulpianum Illum vero qui mandatum suscepit, si sua pecunia fecit puto
agere mandati non posse sin autem ita ei mandatum est ut sua pecunia faceret. In quibus verbis cum
primum Ulpianus suam pecuniam appellaverit, mandatarii pecuniam, credibile non est statim
hac pecuniae appellatione intellexisse pecuniam mandatoris, cuius, per totam periodum non meminerat: Quare probabilius Raphael Fulgosius post Iacobum de Arenis qui verba illa ut
sua pecunia faceret ad pecuniam referens mandatarii de eo casu putat Ulpianum intelligendum, quo mandatario constitutum erat salarium, contractum et ex salario sumptum faceret
argumento ducto ex textu in d. l. idemque. 10. §. idemque Labeo 9. hoc tit.o et l. a tutoribus. 33. §. fin.
de administr. tutor. Caeterum nec id placet cum enim prorsus divinat extra Ulpiani verba
et utpute mentem: cum etiam probabile non est umquam ita convenisse inter contrahentes ut
mandatarius ex salario suo emeret fundum vel extrueret monumentum: certe salarium
constitui solet in vicem sumptuum qui a mandatario per vecturas et cetera que fiunt ut
ait in d. l. 10. §. itemque 9. non ad rependendum pretium quod propriam rem quae emi iussa
set praestitum inveniret. excederet enim fines solitae constitutionis salarii quod in loco
vis remunerationem constituit solitum ait Pap.us in l. salarium 7. ff. mandati. = Unde
his ommissis forsan singulariter putabam Ulpianum in d. §. ult.o ita interpretandum
ut illa verba sin autem ita ei mandatum est ut sua pecunia faceret. perinde capiant ac si dictum esset. etsi non ita ei mandatum est ut sua pecunia faceret. accepta sit vocula si pro
etsi. vel quamvis. ut saepe apud Iuris nostri et humaniorum litterarum scriptores. ut in l. 1.
§. sed consulto. 5. ff. de his quae in test. delent. l. Seio. 69. §. praedium. 1. de leg. 2. l. statu liberum. 3.
§. 1. de statu liberis. l. insulam. 24. in fine. de V. O. et apud Ciceronem in Pisonem in illis

in illis uerbis. Viceens meus si calamitosus fuisset, tamen misericordia dignior. hoc est
quamvis calamitosus fuisset. et apud Tert. l. in lib. de Bapt. sub fine. Omne tempus habile
Baptismo, si de solemnitate interest de gratia nihil refert. hoc est. etsi de solemnitate infert de
gratia nihil refert. Unde apud Ulp.um pariter accepta uocula si. pro etsi. uel quamvis, ipse
sensus redit totius responsi, Mandatarium scil. si sua pecunia fecerit, hoc est si sua pecunia
monumentum extruxerit, uel fundum emerit mandati contrariam actionem habere aduersus
mandatorem, etsi non ita ei mandatum esset ut sua pecunia faceret. forte enim ea fuerat ratio
dubitandi, quod qui simpliciter iussus erat fundum emere, uel monumentum extruere, praecise
tam ut emeret uel extrueret de pecunia excessisse uidetur fines mandati, si de pecunia sua extruat
monumentum, uel fundum emat. quae fortassis eadem quoque fuit ratio dubitandi in nostro textu
cum ait Ulp.us si mihi mandaueris ut rem tibi aliquam emam egoque emero meo pretio ha-
bere mandati actionem de pretio: Sed de his satis, succedant alia:

Pergit Ulp.us in praesentiarum his uerbis. Sed si tuo pretio
impendero tamen aliquid ad emptionem rei, erit contraria mandati actio aut si rem emptam nolis
recipere, simili modo, etsi quid aliud mandaueris et in id sumptum fecero. Ex his quae in fronte
praelectionis de mandati contraria actione supposuimus, infert Ulp.us bonae fidei rationem le-
quutus, non tantum mandati contraria actione, posse mandatarium pretium repe-
tere a mandatore cum solidum rei emptae pretium repetere ex pecunia sua praestitit. Sed etiam
si pretio quod mandator tradidisset partem quoque addidisset ex pecunia propria, quidue
aliud in rei emptionem, aliudue simile mandatum impendisset. Statim autem in li-
mine offenditur non contemnenda difficultate, fines enim mandati diligenter custodiendi
sunt. l. diligenter. 5. et l. si quis pro eo. 46. ff. mandati. l. maritus. 21. Cod. de procurat. ut fuse
Gellius. lib. 1. noct. Attic. cap. 13. illustrat Cuiac. lib. 12. Obser. cap. 34. ubi similem legem ref-
fert ex tragedia Sophoclis. Illustrant etiam alii relati a Theobaldo in notatis ad Donel. libro
13. cap. 12. lit. A. Unde recte inferri uidetur mandatarium in nostro textu cum pretio constituto
et tradito a mandatore aliquid adiecit ex pecunia sua prorsus illi impendendam repetitio-
nem, nec actionem mandati illi permittendam contra mandatorem. placetque sane ratio sa-
bini et sequentium quae proponit in l. 3. §. fin. hoc nostro tit. quamvis ex equitate in l. seq. admis-
sa sit Proculeianorum sententia. Proponit ibi inuentum mandan-
rio fundi emptionem constituto pretio nummorum centum emit mandatarius fundum
nummis centum et uiginti. et quaerebat an mandatarius si remisisset uiginti, quibus egressus
fuerat fines quantitatis constitutae a mandatore, uellet agere, contraria mandati actione ad-
uersus mandatorem, ad repetenda centum, id ei foret permittendum. respondetque Sabinus id
illi non permittendum. iniquum enim esse non esse mandatori cum mandatario actione, si
nollet: esse autem mandatario cum mandatore actionem si uellet. nam ut recte explicat
Cuiac. lib. 12. obser. cap. 34 cum mandatarius pretium excessit constitutum a mandatore,
non est actio mandatori ad repetendum inuito mandatario, quamvis sit actio ad id quod interest
non fuisse expletum mandatum. non est inquam mandatori ad rem petendam, quoniam non
uidetur res empta ex mandato, cum mandatarius fines excessit mandati. Unde infere-
bat Sabinus si mandator directam actionem non habebat aduersus mandatarium inuitum
pariter etiam nec mandatario etsi uellet remittere uiginti quibus excesserat, non dandam
actionem contrariam mandati contra mandatorem. Atque in nostro textu dicendum ui-
detur usque adeo alienum esse a iuris ratione mandatario actionem mandati contra-
riam dari aduersus mandatorem ad repetitionem pretii seu pecuniae, quam adiece-
rat pretio statuto a mandatore, ut etsi pretium ipse solidum soluisset ex sua pecunia
nec remittens pecuniam qua statutum a mandatore pretium excesserat danda non esse ac-
tio mandati. Resp. ergo Accursius apud Ulp.um in nostro textu non certum pretium constitutum a
mandatore sed incertum: displicet tamen id Fabro in rat. et merito. Aliud enim suade-
re uidentur uerba textus: sed intuendum est Faber ait non eam mentem Ulpiani, ut pretium
proponeret adauctum a mandatario, sed potius pretio soluto quod mandator constitu-
erat aliquid praeterea impendisse circa ipsius rei emptionem non in ipsa pretii constit.e

Constit. sed in uecturis itineribus forte factis ad parandam emptionem aliisue similibus sumptibus circa emptionem parandam uel utiliter uel necessario factis qui tamen decreti essent a pretio per te constituto, nec minus eos repetendi, quod non sint facti in respectu soluendi, cum dictum superius asseveravi hisce propositionibus [illegible] axioma, quidquid mandatarius ex bona fide impenderit ad mandati implementum, repetere posse, nec excedere uidetur fines mandati, quoniam ex eo quod mandator pretium constituisset praestandum pro re emenda non intelligitur modum praescripsisse reliquis impendiis, si quae necessaria uel utilia essent ad parandam emptionem, quippe mandans aliquid fieri, insimul censetur mandare omnia quae mandati exequendi gratia fieri necesse sit et sine quibus commode expedire mandatum non possit. l. si quis. 27. § impendia. penult. et l. qui mutuam. 56. § ult. hoc titulo iuncta. l. 2. de iurisdict. cum similibus.

Occursum est huic plagae, in alium ictum consideremus quem bene deducere licet ab exemplo bonae fidei possessoris: constat enim bonae fidei possessorem siue utiliter siue necessario impendentem iure duntaxat retentionis et exceptionis sibi consulere posse ad impendia deducenda, nec actionem ullam sibi unquam dari ad illa repetenda. Unde pariter etiam in mandatario circa rem mandatam impendente quem non male bonae fidei possessori compares. Idem uidebitur dicendum. Etsi enim olim inter Martinum et Ioannem ueteres glossographos ualde fuerit controversum, utrum bonae fidei possessori ad repetenda impendia condictio daretur, anne duntaxat iure exceptionis sibi consulere possit. Obtinuit tamen inter posteriores iuris interpretes Ioannis sententia asserentis retentionis uel exceptionis duntaxat iure bonae fidei possessori consultum iri conformiter l. sumptus 48. [illegible] 27. § ult. de rei uindicat. l. si in area 33. de cond. indebiti. l. Paulus. 14. de doli except. l. adeo 7. § ex diverso 12. de acquir. rer. dom. l. si quis sciens. 11. l. si in area 16. Cod. de rei uind. l. 2. Cod. Gregoriano eodem tit. de rei uindicat. § ex diverso 30. Inst. de rer. divis. et corporis pares et mandatarius est. Respondetur tamen: rationem quam bonae fidei possessor sine actione repetere nequit impensas siue utiles siue necessarias eam esse quam tradit a consulto in l. in hoc iudicium. 14. § 1. vers. diversum. et in l. si quis. 29. vers. diversa. ff. communi dividundo quod sit bonae fidei possessor impendidit in rem alienam ut suam ea mente ut neminem sibi obligare uellit, itaque actionem non acquirit qua impendia repetat quod secus est in nostro mandatario, quippe impendit in rem alienam ut alienam ac eo animo ut obliget mandatorem, ideoque actionem acquirit quemadmodum et ea eadem ratione actionem acquirit ad repetenda impendia negotiorum gestor, commodatarius, creditor, conductor, dominus qui in rem impendit suam [illegible] l. si nulla. 60. iunctis [illegible] in seq. de leg. 1. l. qui exceptionem. 40. § 1. de cond. indebiti. l. si pupilli. 6. § sed et si quis. de negotiis gestis. l. si necessarias. 8. in princ. l. si servus. 25. de pignor. act. l. in rebus. 18. § possessus. ff. commodati. l. dominus. 55. § 1. et l. colonus 61. in princ. ff. locati. et l. cum aliquem. 7. Cod. de usufructu. sic intelligendus omissis variis interpretum allucinationibus.

Hinc infero explicationem ad singulare Papiniani [illegible] in l. Pap. 14. de Publ. in rem act. ubi [illegible] opponit l. 1. § si quis. 2. de except. rei uenditae. ubi [illegible] respons. ut perlegat. dicto libro 6. quaest. Pap. in d. l. 14. explicari potest [illegible] decisionem quod emptio et uenditio perfecta est statim atque de pretio conuenerit. respondet [illegible] in d. l. 1.

Insuper infero explicationem ad text. in l. 16. ff. hoc tit. proponit sibi [illegible] Aurelius Quietus hospiti suo medico mandavit ut in hortis ipsius medici mandatarii quos [illegible] ab eo habebat, et in quos omnibus annis, hoc est singulis, ut explicat recte Cuiac. lib. 6. obser. cap. 13. secedere solebat sphaeristerium et hypocausta, et quaedam ipsius ualetudini apta sua expensa faceret. Sphaeristerium est locus balnei rotundus in quo unctiones frictiones sui et uaria exercitationum genera facere solebant aut extra balnea locus ad pilae exercitium accomodatus. Cuius meminit Plinius iunior. lib. 5. epist. 6. Suetonius in Vesp. cap. 20. et Lampridius in Alexandro. cum aliis traditur a [illegible] Fabro. lib. [illegible] cap. 6. Hypocaustum autem erat in balneo fornax seu caminata structura subterranea callidario, atque callidae lauationi supposita, in qua ad calefaciendum tam aquam tum callidarium et tepidarium ignis succendebat, a servis, qui a fornace fornacatorii

Fornacatores appellabant. meminit Consultus in l. ligni. 55. § ligni 3. de leg. 3. con-
ducitq. l. quidam. 13. de Seruit. Urb. pred. l. insulam. 58. § fin. ff locati. l. 14. juncto. § fin. legi
antecedentis. ff. de fundo instructo. l. si Seruus. 27. § fin 9. ad l. Aquiliam. illustrantq. Hierony-
mus Mercurialis de arte gimnastica. lib. 1. cap. 10. Lipsius. Cent. 3. ad Belgas Epist. 76. Joan-
nes Sauaro ad Sidonium lib. 2. Epist. 2. Henricus Salmut in memorabilia Pancirolli. p. 6
priori tit. 23. Ergo ut ad rem veniam nec affectanti plausum excitant Arma, Aurelius
Quietus medico suo mandauerat ut in ipsius medici hortis Sphæristerium, Hypocausta
Italia ipsius Aurelij Quieti valetudini apta fabricaret. Quærebat an Imper-
dam his extructionibus factis, posset Mandatarius Medicus ab Aurelio Quieto
mandatore actione contraria mandati recuperare. Respondetq. Consultus Condemne-
to quo ædificia medici mandatarij pretiosiora facta essent, posse medicum manda-
tarium quod amplius impendisset mandati judicio persequi, afferebat dubitandi ratione
illud vulgatum in hac tractat. assertum, Mandatum sit gratia duntaxat mandatarij
obligatorium non esse, consiliumq. potius sapere quam mandatum. l. 2. § fin. hoc tit. At
nihilominus recte resp. con mandati actionem competere, quoniam in presentiarum, etsi
fuerit in re mandatarij utilitas, tamen versabatur mandatoris quippe pro mandatoris
ualetudine Sphæristerium Hypocausta, et similia extrui jussa fuerant, ac sepe etsi
mandatum sit in re mandatarij utile est, si inde qualis qualis utilitas resultet in
mandatorem ut in l. si mandauero. 22. § interdum 2. et § Iullianus 4. ff. Mandati
Item infert explanatio ad l. et si quis. 14. § si mandatu. 15. de Religiosis et Sump-
tibus funerum.

Sequuntur apud Ulp.um ea uerba: Nec tantum id quod impendit uerum Usuras
quoque consequatur Usuras autem non tantum ex mora etc. Persequitur superiora Ulp.us
et ait, non sumptus duntaxat factos in re mandata repettere posse mandatarium, sed usuras
quandoq. etiam si mora mandatoris non intercessierit, si id fortasse ex equo et bono Judex
fuerit arbitratus, uelutis si forte mandatarius ad sumptus faciendos pecunias exegit
a debitore suo quas uberrimis usuris crediderat, aut ipse sub uberrimis usuris in
eam rem pecuniam mutuo accepit, his enim omnibus casibus ex bono et equo Ju-
dex arbitrabitur, ut usure ueniant in contrarium mandati judicium. Conuenitq. Pau-
lus. d. lib. 2. sent. tit. 15. § 2. et Imp.res Seuerus et Antoninus in l. 1. ff. hoc tit. in quibus id notes
et si absolute dicatur in contrarium mandati judicium impendia uenire cum usuris id
temperamentum accipere debere ex nro texto ut sit ita ueniant usure, si ex bono et
equo id Judex fuerit arbitratus = Enimuero hic difficile est uenit faber in rationali quod
usure non tam propter lucrum petentium, quam propter moram soluentium debentur
l. cum quidam. 17. § si pupillo. 3. ff. de usuris; usure quod numquam debent nisi ex
mora ut passim in tit.o ff. de usuris, quippe non natura deberi dicunt, sed iure. l. si ma-
uis. 62. de rei uindicatione. Leuiculum tamen id, et leui quod aiunt manu tractan-
dum: resp.dum enim mandati actionem contrariam mandatario competere ad omne quod ipsius
interest. l. si procuratorem. 8. § si mandati. 6. ff. hoc tit.o in eo autem quod interest etiam lu-
crum continet. l. 2. in fine. ff. de eo quod certo loco. l. si commissa 13. ff. rem ratam haberi
itaq. usure quantitatis impense, que in nro texto dicunt deberi, non tam debent ut
usure, quam ut sors principalis, nec tam ut eas mandatarius in lucro habeat, quam
nec damnum sentiat, ut constat ex exemplis propositis in nro texto et explicat
faber ibidem in ration. Unde fit ut ad earum usurarum prestationem non tam atten
datur an aliquid commodi obuenerit mandatori, quam an aliquod damnum sentiat man-
datarius, ut expresse dicit in nro texto et confirmat. l. qui mutuam. 56. § fin. hoc tit.o

Hinc difficilis
fit. l. et in contraria 37. ff. de usuris. de cuius solut.e faber in rat. ad nrum textum: ex
qua solut.e conciliandus textus in l. cum tamen. 5. § quid tamen. 6. ff. Judicatum solui
cum l. qui proprio. 46. § item. 5. cum seq. ff. de procurat. de quorum explanat.e uiden
dus Osualdus ad Donel. lib. 13 com. cap. 12. litera. F. Preterea infer explanat.em ad tex-
tum in l. sumptus. 53. ff. de Pactis.

Inv. 1840

Relectio ad Textum in l. Servo 69. §. 2. de legatis. 2.

Sortito obtigit Gaij Consulti resp.um ex eiusdem lib. 2. de leg. ad edictum Pretoris exceptum et propositum in l. si Servo 69. alias 72. §. si testator. 2. ff. de leg. 1. cuius nisi memoria labitur hec sunt verba. Si testator. &c.

His verbis singulare paradoxum proponit Gaius, id est quandoque non ei actionem ex testamento ad exactionem legati relicti dari, cui testator dari iusserat, sed alijs, id duobus propositis exemplis Consultus recludit. 1.um si testator unum ex heredibus es alienum solvere iusserit. 2.um si filie nomine genero aut sponso dotem dari mandaverit; 1.o casu non creditoribus sed coheredibus actionem ex testamento prestare asseverat; 2. non genero aut sponso sed filie ex testamento actionem dari probat. Ergo utroque casu non ei actio prestanda cui testator dari iusserat sed alijs.

Hec Gaij sententia quam ut plenius explicemus non aversione sed sectione explicabo non una, ut dicit, pertica, sed distincte, gradatim, et paraphrastice quamseu tractabo, et quandiu sesquihorale spatium aliud non patitur. Perbolitabimus potius textus ipsam perbo lustrabimus: Ait ergo primum Gaius: Si testator quosdam ex heredibus iusserit es alienum solvere non Creditores habebunt adversus eos actionem. Merito sane hoc casu Creditori ex testamento actionem non dari asseverat Consultus. quippe si debitor Creditori, quod debet legaverit, inutile est legatum si nihil plus est in legato, quam in debito, quia nihil amplius per legatum habet. ita textus in §. ex contrario. 14. Inst. de leg. confirmaturque l. cum pater 29 ff. de iure dotium. l. si creditor 28. de leg. 2. l. Mevius. 66. in fine princ. l. unum. 67. in princ. et §. 1. l. debitor. 82. §. fin. ff. de leg. 2. l. legavi 25. in fine. l. Aurelius. 28. §. penult. et l. petitor 30. ff. de liberat. legata. Secus si plus sit in legato quam in debito, hoc est si debiti emolumentum amplict, vel modo, vel tempore vel conditione, vel loco, tunc enim utile legatum esse iure dicit. d. l. si creditor 28. l. sin autem. 29. ff. de leg. 2. Confirmat textus in d. l. debitor 82. in princ. de leg. 2. l. 3. §. item 2. l. creditori 24. l. si deportati. 7. §. fin. de leg. 3. l. 1. §. et verum. 2. et §. mela. 14. ff. de dote prelegata. l. idem est. 14. de liberat. legata l. 1. §. si quis. 10. ad leg. falcidiam: exornant Donel. lib. 8. com. cap. 11. et ibi Osual. lit. P. cum seq. idem Donel. de lib. 8. cap. 24. et ibi Osual. lit. h. Ant. Faber lib. 4. coniect. cap. 12. Duarenus ad l. si creditori 28. cum lege seq. de leg. 1. Goveanus lib. 2. var. lect. cap. 6. 27. et in l. verbis. 5. ad leg. falcid. Fornerius lib. 2. select. cap. 16. Othomanus in §. si quis debitori 13. Inst. de legatis. Unde cum in presentiarum nullo modo debiti emolumentum per legatum ampliatum fuisse rebe dicit creditoribus actionem non competere.

Apertum id quidem prima facie videtur. sed profecto plus habet in recessu quam fronte promittit. quippe aliud dicendum videbatur ex Ulpiano in l. 3. §. fin. ff. de liberat. legata ubi &c. Unde videtur et similiter in nostro textu creditoribus competituram actionem fuisse ex testamento quoniam ut legatum, eorum respectu utile esset, sat erat duos reos debendi lucrari, ut quidem lucrabantur, siquidem ex persona testatoris singulos heredes pro hereditarijs portionibus obligatos habebant, ex legato autem, in eo amplificabat debiti emolumentum, ut et ille heres cui testator eris alieni solvendi onus iniunxerat in solidum quoque esset obligatus: Urget equidem difficultas cuius solutio ut plenius recludat, premittendum est. Veteres honori duxisse, etsi quantumlibet modicum sibi supremo morientium iudicio relinqueretur. ita vulgo prob. ex l. 1. §. hoc autem. 2. de leg. prest. l. sed etsi suscepit 51. §. si quis alius et declamat. declamat. 332. cuius titulus est divitis et pauperis testamento Valerius lib. 7. cap. 7. et libro. 5. cap. 9. Thimoteus Episcopus ad Ecclesiam Catholicam Symachus. lib. 1. epist. 3. ubi exornat Iuretus in notis ad ipsum et Brissonius lib. 4. select. ex iure civili antiquitatum cap. 19. quod forte inde originem duxit quod fere in his legatis sicut et in donationibus inseri solebat titulus qui ad laudem donatarij vel legatarij pertineret. ut ex l. Aquilius Regulus. 27. ff. de donat. et ex Seneca lib. 3. declamat. ult. erudite quidem probat Iuretus ubi supra. Cui adijcio elegans testimonium ex testamento Sancti Gregorij Nazianzeni in legato relicto Evagrio diacono. invenire licebit tomo. 1.o eius operum: Adeo ergo verum erat honorari creditores illos quibus aliquid testamento relinquebat, ut si non honoris causa sed convicij potius fuisset relictum inutile esset legatum. l. turpia. 54. de leg. 1. explicat Guidus Pancirolus lib. 3. var. cap. 6. et Bald. tomo. 3. illustr. tract. 5. cap. 2. n.o 8. Ad cuius instar testator dari alicui iusserat, ut si non convicij nomine saltem non honoris causa datum possit intelligi inutile

Quoque esse legatum creditum est. quippe non illi legatum intelligitur cui res danda est sed cui honos habitus fuerit ut dicit in d. l. 3. §. 2. de legat. praest. Inde igitur cum testator in nostro textu simpliciter iniunxerit quibusdam heredum onus aeris alieni solvendi nullo nominato creditorum, neque potest intelligi honorem habere voluisse creditoribus quos non nominavit, neque consequenter potest intelligi legare voluisse illis quibus honorem habere noluit. ex loco licet alias ex regulam. d. l. 3. §. fin. ff. de liberat. leg. legatum creditori relictum vel ex eo solum utile esse possit, quod creditor duos reos debendi fuerit, ac propterea si testator in nostro textu creditoribus ab uno heredum debitum legasset, utile futurum esset legatum tamen cum creditores non nominaverit, sed simpliciter aes alienum solvi iusserit proindeque creditoribus nec honorem habuisse et consequenter nec legasse possit intelligi merito responsum est legatum respectu creditorum inutile esse, creditoribusque actionem ex testamento dandam non esse: Quibus sane aptissime convenit regula quam ex Marcello proponit Ulpianus in l. fideicommissa. 11. §. plerumque 20 de leg. 3. Plerumque sit evenire, multorum interesse id quod relinquitur, verum testatorem uni voluisse honorem habitum, ac propterea illum duntaxat intelligi legatarium, sicut contra si pluribus testator honorem habere voluit quibus uni duntaxat legatum sit ad persecutionem tamen eius plures admittent & sic evenit 21. eiusdem l. fideicommissa. 11. ubi merito Cuiac. lib. 14. obser. cap. 28. sagacissime ut solet vir equidem emunctae semper naris tam diu mendum inesse adoratus animadvertit ubi vulgo legitur quamvis unum legatum sit reponendum quamvis uni legatum sit conveniat ut sic regula his quae hactenus explicuimus, ut scilicet si honor uni habeatur ille duntaxat sit legatarius, licet plurium intersit, si vero pluribus honor habeatur omnibus competat rei persecutio ex testamento licet uni duntaxat legatum sit.

Inde sese offert explanandum elegans Ulpiani resp. in dicta l. fideicommissa. 11. §. interdum. de leg. 3. quaerit ibi &c. Dubium videtur, cur Publicanus quoque non sit legatarius ex regula l. 3. §. fin. ff. de liber. legata: Resp. ibi Bartolus quem sequitur Gotofredus. Publicani nihil interesse ut vox exsecutoris: sed fallit aperte quippe publicani plurimum interest vectigalis tributi solutionem non impediri obaerato forte obtingente debitore, quia publicanus non ille dicebatur qui vectigalia populi exigebat et illud duntaxat accepto ferebat, quod exegerat, velut nudus exsecutor reipublicae et vectigalium administrator; sed potius Publicanus erat qui vectigal redimebat, hoc est qui vectigal a fisco conductum exigebat. [illegible] Publicanus, non ut tantum rependerat fisco quantum exegerat, sed et duntaxat rependeret pretium quo conduxerat. et quod plus exegisset sibi lucraretur. Unde si plus vel minus exactum esset eius lucro vel damno cedebat ac propterea. &c. Quare potius respondendum est cum Cuiacio lib. 17. qu.um Pap. in l. titio 71. §. titio genero 3. de cond. et demonst.

Publicanorum nomen invidiosum infensissimumque his [illegible] fuit, ac plerumque male audiens ob rapacitatem. inde illud ... lib. 45. ubi Publicanus inquit, ibi aut ius publicum vanum aut libertas ... nulla fuit. ... Iulium. Vita, inquit, Publicanorum, aperta est violentia, impunita rapina, nec ... mutatione ... Invicere cuncta mercatum. ... Franciscus Othomanus lib. 2. antiq. Romanarum. cap. 15. Baronius tomo. 1. analium ecclesiast. anno Xpi. 31. a No. 71. cum rebus sequentibus.

Non dum in hoc ... ex adverso quippe stare videtur Ulp. in l. si cui 49. §. si tamen 4. ff. de leg. 1. ubi &c. in quo textu licet expresse creditori, fideicommissum relictum sit a legatario, nominato ipso creditore non intelligitur creditor legatarius esse fueret duos reos debendi habere. ergo etc. accedit quoque incremento difficultatis textus in eadem. l. 49. §. Iulianus. 6. ubi &c. Vexat difficultas Cuiacium d. lib. 17. quaest. Pap. putatque in his iuribus vestigium invenire dissidii veteris inter Iulianum et Marcellum cuius memoria mansit in d. l. 3. §. fin. ff. de liberat. legata. Putabat Iulianus si quod ego debeo Titio, tertius aliquis ipsi legaverit, non Titium creditorem legatarium esse quia nihil eius intersit, sed me duntaxat, qui debitor eram, intelligi legatarium quia mei tantum videbatur interesse; Notabat autem Marcellus, et merito sane, neque studio solum notandi, quo plerumque Iulianum lacessere solet; Notabat inquam Marcellus solum me, qui debitor eram, legatarium esse, sed etiam Titium creditorem esse intelligi debere legatarium, quoniam ipsius interesset duos reos habere debendi. Invaluit Marcelli sententia quae probatur ab Ulpiano tum in d. l. 3. §. fin. tum in d. l. fideicommissa. 11. §. plerumque 20 §. sic evenit 21. de leg. 3. ad eamque refero textum in l. si eum dotem. 22. §. si pater. 3. sol. matrim. l. Titia 34. §. qui in vita. 5. de leg. 2. at in l. 2. in fine de his quae sub modo. sententiam vero Iuliani putat Cuiac. d. lib. 17. quaest. Pap. referri ab eodem Ulp. in d. l. cui. 49. §. Iulianus. 6. de leg. 1. censet igitur in his iuribus vestigium remansisse sententiae Iuliani.

Fallit sane si quid nostri iudicii est vir doctissimus; quippe ut textum quem quaerimus explicans dictabam, auditoribus; ex regesto missum in subsidium in horum iurium explicatione

Explicatione necessarium n. est. Improbaturque aperte ex d. §. Stichum 4. ubi manifeste ipsius
ut verborum series suadet ex persona sua fari debet intelligi. Pendet igitur haec lectio
explicatio ex alijs iuris regulis quibus Marcellus a Julliano n. discessit. Primum itaque
in d. §. Jullianus. 6. &c.
Difficilior est dictus §. Stichum. 4. ubi &c

Verum in omnia haec n. leve contorqueri telum videtur ex l. quibus. 49. §. dominus 3
de Cond. et demonstr. ubi &c. Unde inferri videtur in legato a debitore Creditori relicto il-
lud duntaxat commodum expectare, ut Creditor duos debendi reos haberet, ut potius citra
hanc Commoditatem ex eo solo quod debitum sit sustineatur legatum, immo velut si debitum n. sit
n. valeat cum tamen alias falsa demonstrationis adiectio illud inutile reddere n. possit
l. demonstratio 17. et l. falsa 33. cum similibus de Cond. et demonstr. quorum iurium regu-
lis convenit ut si quis leget filio centum quae ei debeat, cum nihil debeat, centum nihil-
ominus legata censeantur. l. si sic. 75. §. 1. de leg. 1. l. cum quidam. 21. de leg. 2. l. legavi 25.
in fine. de liber. legata

Urgebat eamolim nos difficultas haec, proqua tamen sedanda nullius in-
terpretis quem viderim praesidium esse putabam licet verum sit, si centum leget
quae uxor debeat cum tamen nihil debeat validum esse legatum, quoniam falsa de-
monstratio legatum n. perimit, tamen id n. ita esse si quantitas loco circumscripta
legetur veluti si quis leget decem quae in arca habet, cum haec quantitas locum habeat
speciei vel corporis legati. l. sed si certos. 51. de legat. 1. l. talis. 30. §. item si leget 6. l. pla-
ne 34. §. sed hoc ita. 4. ff. eodem. ideo perinde ac si corpus legatum pereat vel numquam
fuerit in rerum natura legatum nullum est. §. ea quoque 7. §. si res legata. 16. Inst. de legat.
l. 24. l. titia 36. §. fin. et l. cum res 47. in fine. ff. de leg. 1. cum similibus. Sic etiam si quan-
titas loco circumscripta legata vel numquam ibi fuerit vel sine culpa heredis peri-
erit legatum inutile est. l. 1. §. sed si dotem. 7. ff. de dote praelegata. l. si servus 108.
§. qui quinque 10. ff. de leg. 1. = Unde in d. l. quibus. 40. §. quibus. 3. cum dominus ser-
vo legasset aureos quinque quos in tabulis debebat videtur ea adiectione quos in tabulis debeo le-
gare velut quantitatem loco circumscriptam, ac proinde si nihil in tabulis saltem naturaliter
deberet merito supponit Scaevolam inutile legatum futurum, quasi legatum specie vel corpore quod
in rerum natura n. fuisset. Cuius similem explicationem capere secundam in l. cum quis
37. §. codicillis. 5. de leg. 3. [illegible] Faber. lib. 1. coniect. cap. 4. de eiusque conciliatione cum l. Julius. 88.
§. quisquis. 10. de leg. 2. noto videndus Osualdus in not. ad Donel. lib. 8. cap. 14. lit. 6. Sed haec
sufficiant pro explicatione priorum nostri textus verborum. Nec enim animus est hic ex professo de lega-
to debiti a debitore Creditori relicto longam inserere tractationem, sed quatenus duntaxat
et emolumentum lucrandi duos reos debendi utile illud facere solet.

Succedunt ea nostri textus verba. Sed
Coheredes quorum interest hoc fieri. Quorum sensus in proposita nostri textus specie
cum Creditoribus X.a ea quae superius explicuimus actio competere nequeat, com-
petere tamen coheredibus quorum interest coheredem gravatum onus universum aeris
alieni solvendi sustinere. l. n. solum. 7. §. sed si duobus. 3. de liberat. leg. l. in legem. 8. ad leg.
falcid. l. cum ab uno. 53. in principio et §. fin. de leg. 2. l. si filia. 20. §. Papinianus. 5. et §. item 8. ff. familiae
erciscundae. excernat Faber. ad d. §. Papinianus 5. Cuiac. lib. 17. quaest. Pap. in d. l. Stichum 71. §. Stichum 3 de Cond.
et demonstr. Sarmiento in l. si quis 8. §. fin. de leg. 2. Conveniturque aptissime regula quam supra
proposuimus ex Ulpiano in l. fideicommissa. 11. §. sic evenit. 22. de leg. 3. plerumque sit eve-
nire. Ut quemadmodum si testator uni duntaxat honorem habere voluerit, ille tantum intel-
ligitur legatarius, etsi plurium intersit, ita similiter, si pluribus honorem habere voluit
omnes intelligunt legatarij, etsi uni duntaxat sit legatum, hoc est etsi unius duntaxat no-
men fuisset expressum. Unde in praesenti testator in eo censeatur onus solvendi aeris alieni
iniunxisse uni heredum, ut reliquos coheredes, speciali praedilectione honoraret me-
rito Caius respondit coheredes actionem habere, ut gravatus a testatore onus universum
sustineat. Sunt ergo coheredes legatarij vel praelegatarij.

Hic praeferenda fax Papiniani in l. si filia 20. §. Papinianus 5.

familiæ erciscundæ ubi &. Sed in eo textu illud difficile quod citra speciem legati
onus iniunctum uni heredum dicit ac nihilominus actio reliquis Coheredibus dat =
Plura interpretes pro explanat.e illorum verborum citra speciem legati comminiscuntur.
Accurs. putat eorum verborum sensum esse. ideo Coheredibus dari actionem familiæ erciscundæ contra Coheredem grauatum quoniam citra speciem legati iniunctum est onus, hoc est non ipsum debitum legatum fuisset, non necessariam futuram actionem coheredibus, quod quidem minus verum uidetur ex eo quod quemadmodum testator uni heredum citra speciem legati iniungere eris alieni solutionem non potest ius publicum mutare impedireque actionem quam pro hereditariis portionibus contra singulos heredes ex l. 12. tab. divisa. fuisse dari certum est. l. 2. §. fin. cum l. seq. familiæ erciscundæ. l. 1. Cod. de except. l. 1. et 2. Cod. si unus ex pluribus heredibus. l. 1. Cod. si certum petat. l. 2. Cod. de hereditat. actionibus cum similibus. Ita similiter nec solueret creditori debitum, ius illud publicum mutare poterit maxime dum creditor legatum non agnouit, et veluti uoluntati testatoris consensit. l. tale pactum 40. §. si post diuisionem de pactis: Nec felicius Faber in ration. ad ipsum textum, qui censebat ea uerba, citra speciem legati, sic accipienda, quasi serius sit ideo necessariam coheredibus actionem fam. erciscundæ. quoniam non heredi legatum fuerat relictum, sub onere soluendi æris alieni quasi putet Faber hinc non necessariam coheredibus actionem futuram, quoniam aliter agnoscere potuisset coheres legatum, quam cum suo onere. l. 4. et 5. §. 1. de leg. 2.
Non inquam felicius Faber, quoniam quomodocumque sit, semper uerum est agnito legato a coherede onus soluendi æris alieni, si pro modo fuerat adiectum iudicio familiæ herciscundæ sustinere cogendum: sicut enim prælegatum coheres iudicio familiæ erciscundæ petere debuisset. l. Pomp.us 8. l. heredes. 25. §. fin. cum l. seq. ff. fam. ercisc. l. qui filiabus. 17. §. fin. de leg. 1. l. cum Pater. 77. §. Pater 21. de leg. 2. l. si qua. 7. Cod. fam. erciscundæ. ita similiter et eodem iudicio onus iniunctum legato uel prælegato sustinere cogendus fuisset.

Unde potius uindicandum putabam ab interpretum suspitionibus Accursium in l. solut.e ad ipsum textum quem omnes negligunt insuperque habent. Putabat Accursius in l. solut.e eorum uerborum sensum, actionem familiæ erciscundæ coheredibus dandam contra coheredem cui onus æris alieni etsi citra speciem legati relictum erat, hoc est etsi id onus iniunctum erat uni heredum sine figura uel forma legati uel prælegati, ceteris heredibus relicti: Nihil profecto aptius his quæ in nostro textu proponuntur; Proponitur uni heredum iniunctum onus soluendi æris alieni, et quidem sine figura uel forma legati in fauorem reliquorum coheredum, nihilominus tamen coheredibus actio datur tum ex d. §. Pap.us quoniam licet illis expressim legatum non sit relictum, tamen illos testator liberare uoluerit, illis honorem habuisse credendus: succeditque regula l. fideicommissum 11. §. sic licenter 21. de legat. 3. ubi sic quamquam illi legatarii exprimuntur, quos testator non expressit, si tamen appareat illis honorem habere uoluisse testatorem, quo casu id actio debetur coheredibus, et actio quidem fam. erciscun. ut dicit in d. §. Pap.us §. quoniam eo iudicio ut diximus coheredes prælegata sibi adiudicari petunt. d. l. heredes. 25. §. fin. cum similibus ff. fam. erciscundæ. quæ itaque in nostro textu actio danda dicitur coheredibus, est actio ipsa familiæ erciscundæ quam præstat Pap.us in d. l. si filia 20. §. Pap.us §. familiæ erciscundæ.

Hinc emanat explanatio ad textum in l. cum ab uno §. 3. in princ. de leg. 2. ubi est dubium et in eo textu cur uxor, quæ legatum pro dote accipere noluerat, habeat postea actionem de dote in solidum contra heredem cui onus dotis soluendæ iniunctum fuerat, quia cum legatum repudiasset, sola ei manserat actio de dote ex l. 12. tabul. diuisa contra singulos heredes pro portionibus hereditariis, ut supra dicebamus, propterea non in solidum danda erat contra heredem grauatum = Succubuit difficultati Bartolus in d. l. cum ab uno §. 3. §. fin. putatque ibi actionem de dote dici pro actione ex testamento. Sed sane nihil inconsultius quippe cum nuper consultus dixisset uxorem dotem suam quam legatum ferre maluisse. absurde statim actionem ex testamento uxori competere præfert. Quare aptius in rem nostram Cuiac. in recit. ad ipsum textum ait. &c.

Sed antequam hinc abeamus, offendimus sane eo quod in eadem specie consultus profert in §. fin. eiusdem. l. cum ab uno. §. 3. de legatis 2.

Etsi maritus non expresse animo compensandi dotem, legatum reliquisset, adhuc tamen uxor altero utro contenta esse deberet ex edicto de alterutro. cuius uestigium manet in l. unica Cod. Theod. de Sº de test. l. unica. §. certum quippe 3. uers. sciendum. Cod. de rei uxoriæ act. l. si filia 20. §. penult. famil. ercis. l. dotalem. 13. §. fin. de fundo dotali l. Iulius 77. §. fin. maritus. ad Trebel. l. 2. §. fin. de dote prælegata l. 6. §. 1. quando dies legat. cedat. explicat Cuiac. lib. 17. observ. cap. in d. l. cum here. §. 1. ad Trebel. et in d. l. unica. §. primum 3. Cod. de rei uxoriæ act. Val.co tomo 3. tract. 5. cap. 7. nu. 26.

De legatis 2. ubi cum heredem qui ex voluntate testatoris solidam dotem solvit, cum totam in ære alieno computare debere dicit, cum tamen x.ae supra dictum videtur pares sibi proportionibus coheredum, si ut æs alienum solvere intelligi, sed ut prælegatum coheredibus relictum; alias enim si totam dotem in ære alieno computas, falso videbitur esse assertum coheredibus velut legatarijs actionem competere 9a coheredem. Augetur difficultas ex l. in falcidia 8. ad leg. falcid. ubi in computatione legis falcidiæ æris alieni rationem, duntaxat habituri, dicit cum heredem cui ipsius onus solvendi iniunctum fuerat non reliquos coheredes, quorum cumque modo consuluit testator cum onus alteri iniunxit. Unde quoque inferri videtur, illos neque legatarios esse neque prælegatarios, quippe eo ipso quod non permittuntur æri alieno imputare in deductione legis falcidiæ partem æris alieni quam alias suo iure ex l. 12. tab. præstare tenebantur. consequenter in 4. falcidiam imputare debent partem æris alieni quam solvere desinunt. Atqui si eam partem iure prælegati solvere desinerent, in 4.am non imputarent ex regula l. in 4.am 91. l. quod autem 76. l. id autem 76. ff. ad leg. falcid. l. quod statuliber 41. ibi. quod conditionis 36. §. certe de mort. cau. donat. quæ cavet ea duntaxat in 4.am imputari quæ iure hereditario capiunt non quæ iure legati vel prælegati.

Pedro Alvarez maldonado

Non video plene ab interpretibus propositam difficultatem explanari, intendunt tamen digitos ad solutionem. Govanius in d. l. 8. ad leg. falcidiam et Cuiac. in recit. ad l. cum avunculo 53. ac lib. 14. quæst. Pap. in d. l. 8. ad leg. Falcidiam, quibus præeuntibus dicendum est testatorem qui solutionem æris alieni solutionem uni heredum iniunxerat, ea conditione voluisse in coherede radicare onus solvendi æris alieni, quæ in personis ceterorum coheredum ita consisteret ut si illud solvere tenerentur consequenter et in deductione falcidiæ deducere quoque deberent ante legatorum præstationem quartæque computationem, ita similiter et coheredi eadem conditione hoc onus iniunxisse sed ... rem credite, non ita tamen ut falcidiæ deducendæ ab illo coherede præiudicet d. l. sed illa 20. §. Pap. §. ff. fam. ercis. sed ita ut reliquis legatis ab illo herede relictis, si aliqua eius portio omnibus non sufficeat, paret præiudicium, quasi testator expresse sine deductione falcidiæ voluisset, partem æris alieni, quo ad reliquos expectabat, ab illo coherede iure prælegati solvi. quippe licet testator falcidiæ deductionem penitus prohibere nequibat. l. quod bonis 15. §. 1. ff. ad leg. Falcidiam. tamen ne ex aliquo legato falcidia deducerent iure prohibere permittebat ... ff. ad l. falcid. ... decem. 6. in fine de fideicom. libert. ubi Cuiac. lib. 6. ad Africa. ... plenissime in novella de heredibus et falcidia. quo spectat solemnis illa formula testamentorum, sine deductione ad 4.am alluserit Seneca lib. 2. de beneficijs cap. 4 marmoreque Hispaniensi ibi relatus a typsio. Signum Pathei testator fieri poneque ex argento libris centum sine ulla deductione ... sed ex voluntate testatoris heres in proposito specie æris alieni imputabat partes æris alieni quas coheredum nomine iure prælegati illis relictis creditoribus solvebat eisque in eum effectu, ut eius quantitatis falcidiam non deduceret, hoc est eaque quantitate falcidiæ nomine deducendum erat ex ceteris legatis non ipsius relictis deduceret. Ideo vero coheredes eam quantitatem, quæ eorum nomine a coherede solvitur debent in 4.am imputare quod expendebamus in d. l. 8. ff. ad l. falcidiam, quoniam eam quantitatem nomine prælegati capiunt. sed vere prælegati solvere desinunt, ac propterea et plus invenisse creduntur in hereditate, quemadmodum et illud plus invenire creduntur, quod creditor legatario creditori actione ex causa remanet in hereditate. l. id autem 76. §. 1. ff. ad l. falcidiam. et forte non plurimum ab vero aberraret qui et hic voluntatem aliquam testatoris ... textu in l. si ideo 75. ff. ad l. falcidiam expenderet, quasi ideo videtur testator solidam æris alieni solutionem uni heredi iniunxisse ut reliqui æris alieni onere levati, legata integra et sine ulla ... diminutione solverent.

Præterea et ex proposito ... aliquem donandus ... in l. nominis 45. §. fin. ff. de leg. 3. Obil... in quo textu idem solum habetur. An soror coheres possit agere ex testamento non verbotenus ... sint et creditores, quoniam ibi quoque sicut in nostro textu non creditoribus honorem habere voluisse testator credit. sed ... duntaxat ... consulere voluit testator ut integram hereditatis portionem ferret. sed illud in eo textu omittere non possum, quod perperam video, nimium obscurandi ... notarum a ... apud Cuiac. lib. 3. obs. cap. 1. ... ipso Cuiatio in ipso textu. putant in illius textus verbis. Si quod tempus pro mutuo acceperam, et debuero ante solutum ... De promittere ... dum testatorem non de mutuo. promutuumque explicant, quod ante diem veram ... testemque ... ducunt

Adducunt Ulpianum in l. ex Conducto 12. §. item 8. ff. locati. et Cessarem. lib. 3. ...
lo Civili. Sed ignoscant Viri Magni, nimium id acumen est, nec credendum testatorem
Cuius mens erat omnis debiti solutionem filio iniungere promutuis dumtaxat specialiter
m. debiti generis, neq. potius mutui, quod plenius aut ... meminisse, alio testr. adeo spe-
cialiter debiti generis meminisset, fortassis secuta n. adeo plena voluntatem testris
in favorem filiae esset interpretatus, sicut promebit lectio Florentina, quae promutuo c-
parati actionibus habet tam in d. l. nomen 34. §. fin. quam in d. l. ex Conducto 12. §. 6.
Unde etiam pridem putabat Promutuum, vocem esse veteribus ignotam a recentioribusq.
Interpretibus inventa, significandi eius causa q. indebite est solutum, n. solumq. ante
tempus sit repraesentatum, etc. accepta ex Justin. in §. item si. 6. Instit. de oblig. quae ex
quasi Contractu, nascuntur ubi qui indebitum accepisset obligari ac si mutuum ei daretur
et ideo Condictione teneri ait cuius naturam quatuordecim hinc annis explanavimus ad
Aristonem in l. Cedit 9. §. si nummos ff. de rebus Creditis.

Requiescamus iam velut in opportuno aliquo diverso-
rio ultimis nostri textus verbis, Nec solum hoc casu alius habet actionem quam cui stipulatio ad-
quisita, Sed ab alio quoque veluti si filiae nomine generovel Sponso dotem dari iusserit, n.
enim gener aut Sponsus, Sed filia habet actionem cuius interest maxime. Confirmat novo
exemplo Cuius q. Hactenus exposuimus, ait enim si testr filiae nomine genero aut
Sponso dotem dari iusserit, n. generum aut Sponsum, sed filiam habere actionem
Cuius maxime interest. Et quidem filiae dari actionem confirmat ex l. Cum pater 29. l. Inter 45.
§. 1. ff. de iure dotium l. huiusmodi 84. §. Cum pater 6. ff. de legat. 1. illustrat Cuiac. d. lib. 15. quaest.
Pap. Emanuel Costa lib. 2. select. cap. 22. Verum statim offendimur Contrario Papi.
Respo. in l. Filio 71. §. Titio. de Cond. et dem. ubi etc. Cui difficultati omissis ceteris, in
d. §. Titio 3. et Paulo Castrensi in nro loco n. 2. Respondere videt Cum Cuiacio li-
bro 17. quaest. Papi in d. §. Titio 3. etc. Attamen d. Cuiac. opponi videntur verba nri
textus Sed filia habet actionem Cuius maxime interest. quibus suaderi videtur saltem
et generi vel Sponsi aliq. interfuisse ac consequenter n. genero ex stipulatione do-
tem fuisse debitam nihil enim eius interfuisset, sic ex stipulatione debita fuisset, ac prop-
terea legatum validum futurum etiam Sponsi generiq. respectu: idq. suadet etiam
quod testr n. solum genero aut Sponso dotem iusserat sed dari quo verbo et pariter usus
est in d. l. tali 48. §. 1. soluto matrio. et d. §. Titio genero. ac propterea potius de novo
constitui quam constitutam solvi. = Haec n. adeo levia putabamus ut n. aliquan-
tulum nos a Cuiacij sententia semoverent ideo tentabam in nro textu, et generum et filiam
fuisse Legatarios, verbaq. sic accipiebam ut dictione Non accepta pro Non tantum
ut alibi saepe l. 1. ff. de termino moto l. 11. §. item 1. ff. De Aqua et aquae pluviae arcen-
da Cum alijs quae Cumulat Brissonius. lib. 18. de V. S. verbo non. et Antonius
Augustinus lib. 2. Emendat. cap. 1. circa finem. Sensus fieret nontantum generum vel
Socerum habere actionem Sed filiam quoque cuius maxime interest, hoc est dubitabatur
an gener solus esset Legatarius quoniam illi soli legatum erat relictum et licet
licet n. principale aliquale tamen interesse considerabat. Respondetur tamen
etiam filiam Legatariam intelligi, quoniam licet illi n. esset Legatum relictum tamen
illius maxime interest, hoc est principaliter ut ait Papi. in d. l. Titio 71. in quo et
considero, si dos fuisset marito promissa n. ita maxime interfuisse filiae dotem ita
Legatam d. §. Titio 3. quoniam et exactae pecuniae marito actione ex stipulatu in
causam dotis cederet uxorique eius quiritarium dominium adquireret usq. etiam ex-
pendi soluto matrio sicque nrum textum sicut textum in l. tale 48. §. 1. ff. de iure dotium
et textum in l. Titio 71. §. Titio 3. de Cond. et dem. accipiebam cum Petro antiquo
iuris Chirographo de casu quo dote marito non promissa ex legato actio adquisita
fuit tam viro quam uxori.

Fateor sane aliud futurum si dos fuisset a patre viro promissa quoniam tunc legatum relictum dotis genero, filiae nomine solidum esset validum respectu filiae non mariti respectu, quippe marito ex stipulatu actio adquisita erat, deb[itu]sque emolumentum legatum non ampliat. Respectu autem filiae validum est legatum quoniam cum ex stipulat.e mariti nihil esset adquisitum, pecunia nondum exacta, ac propterea in dotis causam nondum conversa. l. 5. Cod. de dotis promiss. habet quippe id stipulatio distinctum a legato, ut plene notant omnes in d. l. 5. ideo utilitatem filiae accedere ratione legati credit, eiusque respectu utile legatum est. in quo optimum est Ulp.i resp.um in l. cum pater. 29. ff. de iure dotium: ubi Gl.

Ceterum in eo textu illud difficile quod in eius calce adiecit Ulp.us si mulier legatum petat, non aliter heredem cogendum solvere legatum quam si mulier, caverit indemnem hoc nomine heredem futurum adversus maritum ex promiss.e agentem si maritus autem agat nihil indemnitate eum cavere oportere. verum mulierem post eum agentem except.e ~~d..~~ repelli: Difficile inquam id est ex l. 1. § Celsus 9. ff. de dote prelegata ubi ~~Dr. Bo...~~ Preterea ex his difficilis redditur l. 1. § idem Iulianus 11. de dote prelegata. ubi dicit si dotem marito relegaverit socer, dote soluta mulieri legatum extinguit.r quo textu supponi videtur ex legato dotis marito a socero relictum utrumque fuisse legatarium et maritum et uxorem, et tamen verbum Relegaverit supponere videtur de dote iam debita legata agi, quippe ideo in eo titulo dos prelegari et relegari dicit, quoniam velut non debita dos legatur. ut notat Cuiac. in Paratitlis ad eum tit. cum D. cit.e ponderandum ex Cuiacio. libro 10. quest. Papiniani in l. 7. ff. de dote prelegata.

Convenit l. huiusmodi 84. § cum pater 6. ff. de legatis. 1.

Tandem extremam huius recitationis extremam claudat paginam, id quod in nostro textu dicit. etiam si ante sponso filiae nomine dos leget actionem filiae dandam. quo indicari videtur ut subtiliter notat Emanuel Costa lib. 2. Select. cap. 22. n.o 4. etiam ante contractas nuptias actionem filiae dari: quod quidem difficile est, quoniam legatum, dotis nomine relictum, conditionale ab interpretibus, esse intelligit.r ut probat Bartolus cum eius asseclis ex his que tradit Costa. d.o cap. 22. in prin. Sed tamen resp.dum cum ipso Costa ibidem numero. 9.

Repetitio ad textum in l. 25. Diff. De actione rerum amotarum a D. D. D. Fr.co Ramos del Manzano facta ad sequum primam Cathedram consequendam.

Obtigit sorti explicandum l. 25 Marciani Responsum, sive testimonium nobile in l. 25. Dig. de actione rerum amotarum, obtigit ita sorte sedere sine optione aut electione, cum enim nobis perspicuit hujus concilliquendi necessitas quippe in duabus aliis hujus pandectarum, quod Infortiatum dicimus, partibus retigerunt consultorum testimonia in l. 1. Dig. de bonis damnatorum. et in l. Si fundus. 23. Dig. ad leg. Falcid. Primum a nobis ordinariae recitationes, plurimaque assertione, de publicorum iure propugnatione publice expositum. 2.um nempe l. Si fundus ad tractatus individuitatis servitutum pertinet, a nobisque non semel in academicis Dig. veteris de servitutibus praelectionibus et ...perlinis de ... ... super.e anno explanat. Vos itaque qui discitis qui docetis dissertationem nostram ad Marcianum. in d. l. 25. quam necessariam sors ut diximus fecit, faustam, laete festiveque, animumque afferte cognoscendi, sublimam lavimus, favete linguis, vestra est ista dies, favete mente.

Marciani iam audite verba: Rerum quidem amotarum iudicium sic habet locum, si divortii consilio res amotae fuerint, et sequutum divortium fuerit. Sed si in matrimonio uxor marito res subtraxerit, licet cesset rerum amotarum actio, tamen ipsas res maritus condicere potest, nam iure gentium condici posse res ab his qui non ex iusta causa possident. Haec Marciani in praesenti verba. Duas proprias praecipuasque iuris assertiones continent. 1.o ad actionem rerum amotarum pertinet, affirmatque non aliter eam competere quam si divortii consilio res amotae, et sequutum divortium sit. 2.o Marciani assertio, si in matrimonio sine divortii consilio res sint amotae, nec divortium sequutum sit, cessare rerum amotarum actionem, condici tamen eas res posse, condictione ex non iusta causa; utramque nos Marciani assertionem, presso disputationis pede, insistemus, et si transilire licuit adversus inepositie, ut olim urbane Afer. Plane in primis de necessitate et origine actionis rerum amotarum instituenda pauca praestabimus. Sciendum itaque est, rebus uxoris a marito vel contra amotis, non leviter inter veteres iuris auctores dubitatum fuisse, quaenam marito vel uxori, cuius amotae res ab altero sunt, actio competeret, dubitandi ratio ex eo nata, quia furti actionem inter coniuges competere non posse placebat iurisconsulti suponunt in l. 1. Dig. de act. rer. amotarum. l. quamvis. 17. § ult. & ult. Cod. de furtis, eaque iuris constituta tribuit Paulus in d. l. 1. competit creditur constitutioni Romuli, qua lautem uxorem cum marito participem esse omnium facultatum et sacrorum dominam quae esse ut memorat Dionisius Alicarnaseus. lib. 2. antiquitatum. Plutarcus in Nupt. connubialibus praecepto. 2. et ex novioribus notant Balduinus ad ll. Romuli. cap. 13. Alciatus. lib. 7. parergon cap. 26. Plane si constituti ... iuris, quo placuit furti actionem inter coniuges non esse, rationem quaerimus, certant de illa veteres iurisconsulti et confessi sectarum auctoribus, ad hunc si Paulo credimus, sub iudice lis est. quippe Nerva et Cassius, primus proculeianus, secundus Sabinianus, et Cassianae scholae princeps, ut aparet ex l. 2. § ult. de origine iuris, in eadem ratione consentiunt, quod et interdum inter eos contingit, ut in l. Si dum. Dig. de iurisdictione cum aliis quorum meminit ad rem eruditus ad tit. Instit. de rer. divis. eruditus noster ... iurisconsultorum interpres Dominus Petrus de Velasco. in concertationibus in Proculum, et Cassium ad. leg. 1. Dig. rerum amotarum. Meritius. 1. obser. cap. 4. Plerumque aliter dissentientes, ut affirment furtum non fieri marito in uxorem, quia societas vitae quodammodo uxorem dominam faceret, nempe constituto illo iure, cui consentiens vetus romana nuptiarum observatio clamabat in nuptiarum solemnibus. Ubi tu Caius et ego Caia, sicut tu dominus et ego domina, ut vult Plutarchus docet in connubialibus praecepto. 2.o indicantque notissimae iuris formulae, quae uxorem sociam rei humanae atque divinae domus indigitant. l. 4. Cod. de crimine expillatae hered. nuptias humani atque divini iuris communicationes l. 1. Dig. de ritu nuptiarum. Proinde nec posse uxorem res marito amovendo furtum facere, cum ea domina bonorum sit, furtum autem non fiat nisi alienae rei, aut in qua alienum aliquid aufertur ut in definitione furti supplet Theophilus in §. 1. Inst. de oblig. quae ex delicto. E contrario Sabinus et Proculus, diversarum sectarum capita, docebant furtum quidem ab uxore marito fieri, sicuti filia patri facit, furti tamen non esse actionem, constituto iure; haec ipsa verba sunt apud Paulum in d. l. 1. Dig. de act. rer. amotar. quae accurationem interpretis manum desiderant nobis autem iam olim praeter vulgarem captum illustrari posse videntur, si observemus, veteris usu fuisse matrimonii illius, quod per conventionem sive coemptionem in manum contrahebatur, expressitque inter tria illa celebria nuptiarum genera usu, farre, et coemptione, Arnobius Africanus, interpres eloquentiae post Tertullianum. lib. 2. adversus gentes, ut mulier in mariti manum conveniens, per coemptionem esset marito loco filiae in eiusque familiam et potestatem transiret, ideoque proinde inter heredes suos ut filia heres existeret. Ut Ulp. in fragm. docet tit. 20. 23. et 29. Caius

Caius. lib. 3. Inst. apud Licinium Rufinum in collectione legum Mosaycarum et Romanarum tit. 16. Unde et fortasse primi nos in pretexta fere etate, secundaque extemporali prelectione nostra ad. §. In extraneis. Inst. de hered. qual. et differ. exposuimus abstinendi ab hereditate mentionem in uxore tamquam sua herede in l. Iulius. 49. l. Titius. 41. §. Titius. et 2. de fideicom. libert. ut ex nostris memorat Hermus noster, et Suditio, eruditione scriptis numquam Salmantice peritendis. Dominus Ioannes Suarez de Mendoza lib. 2. ad leg. Aquilia. Cap. 3. sect. 3. nu. 13. Adducit hoc ius matrimonii ad percomptionem ratio illa Proculi et Sabini, in d. l. 1. hoc titulo. ibi: furtum quidem eam facere; sicuti filia patri facit. Sic enim ut Servius Vetus Maronis scholiastes. ad. 1. librum Georgicon scripsit de uxore in manum conveniente: illam in filie locum, maritum in patris venire, ut si quis prius fuisset defunctus locum hereditatis iustum alteri faceret. Notat ad rem Emundus Meritus in 50. decisiones Iustiniani ad l. ult. §. ult. Cod. de furtis. Porro, et scitissimum; filiam familias, cui uxor comparatur, furtum quidem facere patri, furti autem actione non teneri. In eamque sententiam procul dubio est Paulus in d. l. 1. hoc titulo, dum scribit, in qua sententia et Iulianus rectissime est. Aliam sane rationem exprimit Iustinianus. in l. ult. §. ult. Cod. de furtis. nempe quia ius tam atrocem actionem, furti scilicet, in personas adeo coniunctas dare erubuit, nimirum quia furti actio, et famosa est et penalis, ideoque tam in confesso, ut liberis non liceat, in honorem autem matrimonii turpes actiones contra uxorem negantur. l. 2. l. 3. §. Sed et uxor Dig. hoc titulo. Conditio autem furtiva quamvis infamiam iure non irroget, quia in conditionibus ignominia cessat, sicut ex famosis causis pendeant. l. cessat. 36. Dig. de oblig. et act. onerat tamen existimationem apud bonos et graves viros, ideoque et in personas quibus et reverentia debetur non exercetur. l. parens. cum lege sequenti. de obsequiis parentibus et patrono prestandis.

Exposuimus usque expressimus fere iam necessitatem instituende actionis rerum amotarum, namque cum inter coniuges, rebus uxoris a marito, vel e contra subtractis, furti actionem non dari placeret, ex causis quas usque illustravimus, necesse omnino fuit ne coniux, cuius res ab alio subtracte sunt in damno maneret propriam actionem introduci, qua res iste repeti possint. Hec autem est rerum amotarum actio, quam singulari iure introductam esse Paulus testatur, qua, detracta furti mentione, que matrimonii honorem et reverentiam veluti fugillaret, repetunt honestiore mitioreque nomine res tamquam amote, potius societatis coniungalis colore quam furti animo. Fuit nimirum iurisprudentie veteris cura in eo ut lenitate verbi tristitiam et invidiam appellationis furti veluti mitigaret, ut parceret eius qui coniux fuit, quodammodo parceret in memoriam honoremque matrimonii, quasi levius sit amovere quam furari. ut in l. Si servus. 71. §. pretor. de adquir. hered. l. penult. et ult. Dig. Si his qui testo liber esse iussus fuerit. Quomodo et media iurisprudentia appellationem hostium, que ad peregrinos proprie pertinuit in illa l. 12. Tabul. adversus hostem eterna auctoritas esto. De qua Marcus Varro. lib. 4. de lingua latina. Cicero in topicis. Ambrosius. lib. 1. offitiorum Cap. 24. Festus Pompeius in voce hostis transtulit postea ad eos, quibus publice bellum indictum erat, quos 12. tabule perduelles media iurisprudentia hostes vocavit. l. quod nos hostes. 234. de verb. signif. nempe dictum erat, ut lenitate nominis quo peregrini significabant tristitiam et amaritudinem rei mitigaret.

Ut in re simili de socio socium amovente docet Ulp. in l. merito. 45. Dig. pro socio.

notat ad rem Armenopolus. lib. 1. Epitomes seu promptuarii tit. 13. Faber. In iurispr. tit. 1. prin. 2. illat. 4.

l. Senat. 17. §. ult. digestis de furtis.

Num. 2

Num. 3

Hec in communi breviter de necessitate introducenda singularis actionis rerum amotarum, presidaria sufficerit, propriam primamque disputationis nostre quam apud Marcianum breviter complectamur partem; Docet itaque Marcianus rerum amotarum actionem ita demum habere locum, si divortii consilio res amote sint et divortium secutum fuerit. Consentiunt in hac parte Marciano iuris auctores in l. 3. l. Sed et si. 19. l. redintegrata 23. hoc tit. l. 1. et 2. Cod. eodem. l. nec scriptura. 6. Cod. de compensat. l. quamvis 17. l. ult. §. ult. Cod. de furtis. l. si patronus. 16. l. Sed uobis. 28. §. que iuravit. Dig. de iure iurando l. heres 77. Dig. de neg. gestis. Illustrant Martianum nostrum in hac parte ex classicis et quidem breviter Accurique. Bart. Gothofr. et Albericus in presenti. Ex novioribus Petrus Gregorius. 37. Synta. Cap. 11. Donellus. 16. Comm. Cap. 29. Cujat. 11. quest. Pap. in l. 5. hoc titulo. et in recitat. ad eundem titulum in Codice. Ant. Faber de Erro. pragm. decad. 78. Errore. 4. et seq. et decade. 79. Errore 8. et in iurispr. tit. 1. prin. 2. illat. 4. Schifordegerus ad Fabrum. lib. 2. Tract. 1. q. 2. et 16. cum seq. Petrus Barbosa in l. divortio. 8. §. non solum. nu. 5. Dig. soluto matrimonio Meritus in 50. decisiones Iustiniani. ad l. ult. §. ult. Cod. de furtis. aliique postea sigillatim laudandi.

Num. 4

Verum etsi certa apertaque sit Martiani sententia ratio tamen eiusdem in comperto non est, nimirum cur placuerit, actionem rerum amotarum in eum duntaxat casum introduci,

quo

Cuiores divortii animo amotae, et divortium secutum est, cum creberrimum sit et frequentius matrimonium morte unius ex coniugibus dirimi, in cumque casum rebus amotis subvenire coniugi propria actione debuisset. Et sane res re- et ejusdem generis in quae hujus unius convenire licet, quem vel sequamur vel sequamus; unus Jacobus Cujacius cui nihil, ut Ausonius dicebat alibi, nec non lectum est, nec non ~~[illegible]~~ intellectum. l. 14. quaest. Pap. in l. 6. dig. hoc titulo. rationem differentiae captasse potius quam cepisse videtur. Affirmat ille id circo actionem rerum amotarum dari rebus amotis divortii causa, non dari autem quoties amotae sunt, mortis unius ex coniugibus causa; quia quae divortii causa amovet, facere credit fecisse credit in fraudem mariti, malaque mente et inimicitia ut ei noceat, quomodo repudiatae uxores, seu quae divertunt, nuncupari inimicitiae solent. l. uxoro. 39. de poenis. l. cum in fundo. 72. §. quod si mulier. dig. de iure dotium. Proinde oportuit actionem propriam rebus amotis repetendis induci contra eam quae malo animo mariti, a quo divertebat, ut inimica mox futura res intervertit, divertium est cum matrimonium morte solvit, et decumbente et cubante iam marito uxor amovit, hanc enim non tam eo animo ut marito morienti auferret et noceret, quam ut desolatae aut relictae viduitati in pendenti succurreret, amovisse uxor praesumit, id circo cessante rerum amotarum actione saltim directa heredibus mariti, contra uxorem quae amovit hereditatis petitione vel actione ad exhibendum succurrit. l. contra. 6. §. ult. l. si propter. 22. §. ult. dig. hoc titulo.

Haec Jacobi Cujacii sententia, idonea quidem ut monuimus exponendae differentiae rationi inter casum divortii, mortisque unius ex coniugibus. Vereor tamen ne idonea satis, ut explicemus; Cur a principio rerum amotarum actio introducta in casum divortii. Nam quod Cujacius asserit inimicitias, quae in uxore divertente consideraret, causam praebuisse inducendae in eum casum actioni rerum amotarum, parum rem explicat, cum constet posse etiam divortium fieri bona gratia et sine animi offensa, quo etiam casu donationes inter coniuges non infirmant, sive revocatae non censent. l. vitricus. 60. §. 1. cum ll. seq. de donat. inter. Quare si ~~[illegible]~~ in alto hoc interpretum silentio, veterisque iurisprudentiae tenebris facem praeferre aliquam nobis licet, crediderimus potius id circo actionem rerum amotarum, potius in divortii casum introductam, non autem in casum mortis, quia hic frequens receptissimusque mortalitatis nostrae solvendi matrimonii modus, cui et proinde vetus iurisprudentia concessa petitione hereditatis heredibus defuncti coniugis admotas res vindicandas satis remedio prospexerat. d. l. 6. §. ult. hoc titulo. E contrario divortii casus inauditus incognitusque iurisprudentiae veteri Romanae, quingentis ampliusque annis ab Urbe condita, postquos Carbilius Ruga Romanorum primus divortium cum uxore fecit. ut Valerius memorat lib. 2 cap. 1. Agelius 17. noctium atticarum cap. ult. Cujac. 10. obser. cap. 39. Unde effectum ut repetendae dotis in eum casum actionem rei uxoriae veteres iurisprudentia proprie introduceret, de qua ad exemplum actionis nostrae rerum amotarum affirmat Severinus Boetius in topicis Ciceronis, iudicium rei uxoriae competere quoties post divortium de dote contentio est. Eademque itaque ratione et respectu relicto casu mortis veteris iuris cautioni quae in eum velut frequentiorem illo remedio prospexerat, introducta est actio rerum amotarum in casum divortii, ut ei tamquam novo hactenusque inaudito subveniret, eoque fortassis respicit, quod de actione rerum amotarum proditum est in l. 2. cod. hoc titulo. Nimirum ibi divortii causa rebus uxoris a marito amotis, vel ab uxore mariti rerum amotarum edicto, perpetuo permitti actio, quibus in verbis omnia interim Cujacii correptione. lib. 17. obser. cap. 6. qui pro permittit, legit promittitur mihi quidem significare potius videtur proprium ius inducendae actionis rerum amotarum in casum divortii, id enim non legibus 12 tabularum non cavendis veteris iurisprudentiae, sedque responso perpetuoque ~~[illegible]~~ edicto tribuit, quod utpote novum ius, novo etiam divortii casui prospexit, atque prospexit ita, ut permitteret eo casu actionem, quae cum primum introducta divortia ~~[illegible]~~ insolens novumque illud separationis genus matrimonium iure dirimere non videbatur, donec postea velut legibus propriis divortia adstricta l. 1. et toto tit. dig. de divortiis, ac praecipue lege Julia de adulteriis.

Exposita Marciani sententia ratione, reliquum erit eam et extra quae ad hanc partem actionis rerum amotarum in divortii causam tribuendae iurisconsultorum responsa pertinent explicemus in primis igitur ex hac sententia interpretamur Ulp. locum in l. si concubina 17. hoc tit. ubi ita scriptum; si concubina res amoverit hoc iure utimur, ut furti teneat, consequenter dicemus, ubicumque cessat matrimonium, utpote in eo quaestionis suo nupsit, vel contra mandata convenit, vel sicubi alibi cessat matrimonium, cessare rerum amotarum actionem, quae competit divortii causa: extat in duplici ea considerationem duplex utique nodus neque facile enodandus; primus est quoad concubinam, quippe concubinatus Romano iure fuisse, adeo velut legitimam coniunctionem, ut concubinae uxoris loco haberent. l. massurius 144. de verb. signif. l. siumus

cod. de

l. si concubinam. 17. de act. rerum amotarum.

l. sumus Cod. de naturalibus liberis, experteisque nomen acceperunt, ut scriptum est in l. 3. de concubinis et viricaniunges ..... appellarent, ut ex inscriptionibus Trisis notat Emendus Merillius 3. Obser. Cap. 26. sicuti apud Hebraeos legitimae uxoris dimidium, ut affirmat Theodorus Balsamo ..... constitutionum interpres apud Isaacum Casaub. pag. mihi. 101. Proinde obscurum. Cur rerum amotarum actio, quae contra uxorem ..... permittit, contra concubinam non detur; Altera et quidem gravior difficultas est, in leg. Ulp. scribit, cessare rerum amotarum actionem, contra eam quae patrono suo nupsit, quae compellit divortii causa: Res amotas esse debere, ut actio rerum amotarum competat, non tamen proprie dici potest competere divortii causa, non enim est divortii causa, actionis dandae, sed furtum seu amotio quae divortii consilio sit. Verum ut utrumque hunc scrupulum excutiamus in Primis quod ad priorem attinet, affirmandum breviter est, concubinatum etiam si civili iure permissum, non tamen esse iustum coniunctionis genus, quin potius toleratum et licitum, non legitimum. Deinde concubinas ut licentius ..... admittent, distare tamen ab iisdem dignitatibus. l. item legato. 49. §. penul. de leg. 3. l. qui concubinam 29. dig. eod. Unde Elius Verus Caesaris ad uxorem ..... illa refertur apud Spartianum in Vero. Patere me per alias exercere cupiditates meas, uxor enim dignitatis est nomen non voluptatis. Quibus consequens fuit, actionem ..... Verum amotarum, quae in honorem matrimonii contra uxorem concedit, contra concubinam negari, et contrario furti actionem concedi. Plane quoad 2. difficultatem, attinet, manus adhibere cogit ..... Faber. de Error. decad. 79. Err. 3. quo loci posteriora verba illa d. l. si concubinam. 17. quae competit divortii causa. Seiungit novoque inducto inter Ulp. verba divortio, additione illam divortii causa. expungit et fine legis tollit, traiicit ad principium §. sequentis. Sed immerito, ut longe ..... causalibus ..... quos magnus hic in iure civili novator, quippe Ulpiani sententia, in superioribus verbis aperta est, ubi docet ubicumque matrimonium omnino cessat, iureque infectum est, ut cum pupilla tutori suo nupsit, aut Provincialis mulier Praefecto, non competere rerum amotarum actionem, quae competit divortii causa id est quae ..... divortii consilio res amovit, et divortium sequutum fuisse necesse sit, ut enim Martino cum proposuimus neque divortium recte esse possit, ubi matrimonium iure non est, non enim potest dici solvi divortium, ... gradum, matrimonii vinculum, quod numquam tenuit, consequens etiam est amotarum rerum actionem non competere, docent ita et Ulp. explicant post Accursium Bart. Gothofr. et Albericus in d. l. si concubinam. 17.

Nu. 6

Secundo ex eadem iuris ratione lucem profero in vulgato haberemus in hoc tractatu Ulp. responso. in l. quod ait. 11. §. illud. dig. de divortiis. Exponit ibi Ulp. cuius illud ..... dig. quo placuit libertam quae patrono nupsit, invito patrono nubere alii non posse ut proponit in l. ..... 45. dig. de ritu nuptiarum. l. 1. §. 1. dig. unde vir et uxor l. ult. dig. de divortiis. quo supposito Ulp. dubitat, an si patronus cum liberta quae ab invito divertit rerum amotarum experiri velit, intelligat ..... facultatem ei tribuere nubendi alteri. Plane quatenus Ulp. supponit, posse patronum cum liberta, quae ab eo divertit, de amotis rebus experiri. valde, et valide ..... tionem nostram impugnat, quippe sciendum est, divortium libertae, patrono invito factum iure pro infecto haberi, et perinde censeri, ac si matrimonium iure duraret, ut affirmat consultus in l. unica. §. 1. unde vir et uxor. ibi. Sed si divortium quidem sequutum sit, verum tamen iure durat matrimonium, haec successio locum non habet. quod in huiusmodi speciebus providit. liberta ab invito patrono divertit, lex Iulia de maritandis ordinibus retinet istam in matrimonio, dum eam prohibet alii nubere invito patrono. Atque ipsum aperte ex verbis Ulp. proponit in prin. d. l. ult. ibi. Divortium faciendi potestas libertae quae patrono nupta est, quae etiam divortio non sequuto sive quod idem est pro infecto habito, competit rerum amotarum actio in d. l. ult. §. ult. universitate proinde inveneramus difficultatis ..... et quidem ..... observemus quoad plerosque alios iuris effectus divortium libertae quae invito patrono divertit, pro infecto haberi, et matrimonium manere intelligi, Sic enim liberta quae divertit patrono invito, non admittitur ad bonorum possess. libertum intestati tamquam uxor, ex edicto unde vir et uxor quae matrimonium eo respectu cessare intelligit. Sic etiam donationes quae in divortii causam factae inter coniuges confirmari divortio solent, non confirmantur, si liberta a patrono invito diverterit, quae divortium pro infecto habet. l. et ideo. 62. §. 1. de donat. inter. vir. similiter liberta quae ..... tamen dotis repetendo quae competere matrimonio dirempto solet, ius in eadem specie aufert quia

Qui durare matrimonium videtur, quod solvitur divortio non est quod pro infecto habetur. d. l. ult. in princ. ff. de divortiis. q.a ex eadem ratione juris exemplis benigranda rerum amotarum actio videtur in specie d. l. ult. §. ult. ubi proinde si vera, atque quod dicimus matrimonium divortio libertae, non dirimi et de rebus amotis non nisi divortio, [illegible] sequuto, agi posse.

Nu. 7° In hac difficultate explicanda expedire, inprimis necesse et illud, in quo Cujacii et Doctorum, velut totius quaestionis. An si divortio libertae in specie d. l. ult. §. ult. matrimonium diremptum sit, ita ut possit amotarum actio competere? Porro in eo quaesito pugnat ut ut suptilis in fesi etaperto marte consulti in d. l. ult. ff. de divortiis. ubi Ulp. non haberi pro infecto divortium, et matrimonium separatum esse, disertis verbis affirmat. e contrario autem Ulp. item in d. l. unica §. 1. ff. unde vir et uxor post divortium libertae, matrimonium adhuc durare docet. Multi sunt quoque in ea re explicanda. Bart. et Raphael Fulgosius in d. l. ult. de divortiis. Gothofr. in d. l. ult. ff. unde vir et uxor. Nos autem missis interim concertationibus, breviter affirmamus, non fieri lege Julia tributum, seu pro infecto divortium libertae invito patrono, q.a quamvis generaliter et absolute prohibuit libertae, patrono invito, alii nubere, et divortii potestatem ademit, non tamen ita prohibuit ut contra factum apertis verbis rescinderet seu pro infecto haberet, cujusmodi autem leges imperfectas seu minus quam perfectas nuncupant prisci consulti. q.a ante constitutionem Theodosii in Novella. 8. ne curialis alterius praedium conducat, quae extat in Jure non dubium. §. Cod. de leg. quae contra legum dispositiones fiebant non erant irrita, nisi id specialiter prohibente lege exprimeretur. docet Ulp. in frag. tit. 1. in prin. Macrobius lib. 2. in somnum Scipionis cap. 17. idque ipsum in proposito aperte ex Juliae legis verbis colligitur, q.a frustra facultatem alteri nubendi ademeret libertae, quae a patrono divertit, nisi divortium pro valido haberet et matrimonium primum pro dirempto, alioquin constante matrimonio primo communi jure adempta erat libertae facultas alii nubendi, dum patrono nupta erat, cum Polygamiam uti Romana Jurisprudentia, prae matrimonii secundi manente primo, usum numquam admiserit. l. Neminem 2. Cod. de leg. Julia de adulteriis l. 1. de his qui notant infamia, placet eo jure supposito de matrimonio per divortium libertae soluto tametsi contra legis prohibitionem, non in obscuro ratio est cur Patronus idemque maritus possit contra libertam, amotarum rerum actione agere, nempe cum divortium jure sequutum sit, cuique patrono non debent hae res amotae a liberta temperandi, cujus facto et quod ad ipsam attinet, diremptum matrimonium et tametsi prohibente lege. Neque in contrarium recurrere nos debent. l. 1. ff. [illegible] in d. l. ult. §. 1. unde vir et uxor. d. l. et Dec. 62. §. 1. de donat. inter. d. l. ult. in prin. de divortiis. Quibus et generaliter producunt, matrimonium libertae post divortium jure consistere et divortium quoad hujus effectus dotis eo casu respiciendo donationisque individuis eadem fato, hinc confirmandum pro infecto haberi; distant sane in his locis construendis, post classicos quorum meminimus eruditiones novioribus [illegible] in [illegible] ad tit. unde vir et uxor. Brissonius lib. singulari de jure connubiorum Ant. Faber in Jurispr. tit. 9. prin. 2. illat. 16. Nos autem explicari rem sic posse arbitramur et quidem nisi vereamur confidentiae [illegible] notam, ita ut nihil certius habeamus certiorem probabilitate affirmemus. Nempe separandos inprimis esse eos effectus qui libertae, quae divertit, honorem tamquam uxoris respiciunt, et eos qui patroni derelicti favorem libertaeque contra sua divertentis poenam ac velut vindictam continent, namque si de eo jure quaeramus, quod favorem libertae respicit quodque illa favoretur, si justum ac legitimum divortium fuisset, affirmandum omnino est quoad eos effectus divortium pro non facto haberi, et matrimonium manere intelligi. Inde illud inter caetera profluit, ut de dote actio quae non nisi soluto matrimonio competere solet. l. si constante 24. soluto matrimonio. l. ubi. 29. Cod. de jure dotium, non competat libertae post divortium patrono invito factum, quasi divortium quo ad eam attinet et favorem dotis respiciente, pro infecto sit, et matrimonium adhuc consistat. ita elucidandus Ulp. in l. ult. §. ult. de divortiis. Sic enim dies bonorum possessionis quae uxori in succes. mariti intestati post cognatos defert praetorio jure. l. unica. ff. unde vir et uxor. non tribuit libertae si post divortium hujus patrono invito factum, patronus idemque maritus decesserit. d. l. unica. §. 1. quia matrimonium quoad libertam attinet facto ejusdem diremptum est, divortiumque pro infecto non habet. Proinde neque liberta pro uxore, ut marito intestato

succedat,

sumitur, et uero durare matrimonium iure intelligitur quo ad alios iuris effectus, solum est quo ad eos qui poenam odiumque libertorum respiciunt. Sic denique donationes in divortii casum factae non confirmant divortio libertae, quoniam id in poenam libertae pro divortio non habetur, ideoque quasi adhuc matrimonium permaneat, mors donatoris expectanda est, ut donatio firmetur. l. ideo 62. §. 1. de Donat. Inter. E contrario sicut in actione rerum amotarum, quae patroni mariti favorem respicit, et a liberta incipit res, divortii contractio amotas, ita et quod ad adulterii accusationem, et similia quae non nisi post divortium diremptoque matrimonio obiici aut exerceri solent, matrimonium pro dirempto habetur, et divortium pro rato. Distinctionis autem inter se singula ratio electa et elegans illa est, quia sicut libertae, quae contra legem divertendo in legem commisit, nocere leges, et ea singula, quae contra uxores, quae fuerunt post divortium permitti solent, veluti actio rerum amotarum et adulterii, alteriusque famosae actionis exercitio: ita et e contrario iniquum esset prodesse ei divortium contra legem factum, ut inde aut dotem repetat tamquam matrimonio dirempto, aut confirmationem donationum ostendat in casum divortii, aut bonorum possess. tamquam uxor mariti postea defuncti, frustra enim leges invocat qui in eas commisit. l. auxilium 37. de minoribus l. filius 45. §. 1. De Ritu Nuptiarum.

l. Cum quis 38. §. si debitorem De Solutionibus. — 3°. Ex eodem principiorum filo nectenda est Africani elucidatio non diu forte in hoc tractatu expensi in l. cum quis 38. §. si debitorem. de Solutionibus. quo loci Africanus proposuit, si iusserim debitorem meum filio solvere, deinde filium vetuerim accipere et debitor ignorans solverit liberari debitorem ipso iure si filius bona fide acceperit, et tamquam restituturus domino, e contrario autem non liberari nisi per exceptionem, si filius tamquam falsus procurator furtumque nummorum facturus eos acceperit, quo casu debitori, ut liberetur exceptione succurritur si furtivam condictionem domino cedat. His ita positis propria iam notae commentationis haec verba apud Africanum sequuntur sicuti servatur cum maritus uxori donaturus debitorem suum iubeat solvere, nam ibi quoque quia nummi mulieris non fiunt, non liberari, sed exceptione eum adversus maritum tuendum esse, si condictionem quam adversus mulierem habet, praestet. Furti tamen actionem in proposito casu ait Africanus mihi post divortium competituram, quando mea interesit interceptos nummos non esse. Postrema haec Africani verba acriter adversantur sententiae nostrae, quippe in ea specie in qua uxor constante matrimonio rem a debitore mariti accepit, cui maritus uxori donaturus iusserat, ut ei solverit et accepit amovendi animo, ut superioris apud Africanum quaestionis comparatio ostendit, et condictionis furtivae actionis mentio, affirmat Africanus furti actionem marito post divortium contra uxorem competere. Si autem sic verum est tota illa instituendae actionis rerum amotarum necessitas quia furti actio cessabat simulque assertio nostra, quae in divortii casum actionem rerum amotarum veluti subsidiariam deficientis actionis furti tribuit, funditus evertitur. Accedit rei quo ad nos attinet per se difficilis obscuriori reddendae Ulp. testimonium in l. 3. §. si debitorem de Donat. Inter. Quo loci Ulp. in simili specie debitoris qui mariti donaturi nomine mulieri solvit docet liberari ipso iure debitorem, quia tametsi nummorum dominium uxori adquiri non possit ob prohibitionem donationum inter coniuges. l. 3. §. sciendum de Donat. Inter.; marito tamen adquisitum dominium censetur, celeritate coniungendarum actionum, unica actione occultata. Neque moratur in his explicandis, veterum novorumque interpretum opiniones quarum aliquas refellit et recenset Faber lib. 3. coniect. cap. 19. Schifordegerus lib. 2. ad Fabrum tract. 16. q. 3. ille autem facilius certe aliis si non sibimet expedit se ab hoc nodo agnoscens dissensionem apertam, adeo ut vel in oculos incurrat, inter Ulp. Africanumque in d. l. 3. et in d. l. 38. quemadmodum inter eosdem consultos in non dissimili quaestione, veluti iuris dissidium fuisse agnoscunt non pauci in l. singularia 16. de rebus creditis. et l. qui negotia 34. Dig. mandati, plane quod attinet ad proprium illum nostrae assertionis obicem in l. cum quis. §. 1. quatenus contra uxores dotes constante

l. 3. §. si debitorem De Donat. Inter.

Nu. 5°.

Matrimonio ammotas furti actio post divortium concedit, Solentes et Insolenti non semel emendandi pruriginem abutit, ille idem Faber affirmatque illa verba post ~~divortium~~ in d. l. cum quis § 1. glossema esse Interpretis Imperiti, verbumque mihi et Sententiae consulti ibidem non ad maritum contra uxorem sed priorem speciem huius loci referendam contendit. Nobis autem placuit iam pridem verbis et ad Sententiae affirmantis speciem huius loci fingendam omnino aliter quam vulgo proponitur, qua recte posita, utraque huiusdem loci difficultas sedabitur, quam Sententiam et Cujacius sequitur tract. 7 ad Afr. in d. l. 38. § 1. Finge itaque maritus uxori donaturus debitori suo iussit ut ei solveret, deinde priusquam debitor solveret divortio facto donationis revocationi locus, veluti fecit, seu donationem revocavit, ut plerumque evenit quoties divortium fit non bona gratia. l. cum hic status 32. § si divortium. de donat. inter. post divortium itaque ignorans debitor infirmatam divortio donationem mulieri solvit, eaque accepit furandi animo, et ut pecuniam lucri faceret, in hac specie in qua et iuris ratio, et contextus superioris quaestionis exigit, in qua perinde agit de debitore, qui post revocationem mandati solvit, affirmat Cujacius debitorem non liberari ipso iure, quia pecuniae dominium quod furandi mulieri adquiri non potuit discedit a debitore, liberari autem per exceptionem si condictionem furtivam, quam contra mulierem habet dat marito, quem et marito ipsi furti actionem post divortium competere, in quo et specie ita proposita nihil assertioni nostrae contrarium quia non de rebus constante matrimonio amotis et divortii consilio quaestio est sed de amotis sive acceptis furandi animo post divortium quo casu actionem furti contra mulierem marito competere docet in d. l. 3. hoc titulo. Certum et eadem specie supponitur in explorato [illegible] est Ulpiani Interpretatio in d. l. 3. § si debitorem de donat. inter. ubi id circo neque furti actio aut furtiva condictio contra mulierem datur, et debitor ipso iure liberatur, quia non post divortium et mutata mariti voluntate debitor solvit, sed matrimonio et voluntate manente, unde et dominium quod uxori donatarie adquiri ius non patitur, adquirit marito et debitor ipso iure liberatur.

Num. 9. Quarto ad hanc rem et quae ad Martiani responsum pertinet Pauli locus, quo fortasse in hac parte nullus implicatior obscurior nullus, et ignotus fortasse vulgo in l. si filio familias 25. soluto matrimonio, quo loci docet Paulus, si filio familias uxori ducenti dos data sit sine iussu patris, de peculio quidem actionem contra patrem mulieri pro dote competere. l. si cum dotem 22. § penult. soluto matrimonio, l. si filio 20. § 4. ff. familiae erciscundae. Subiungit deinde Paulus quod si propter res peculiares filii familias ab uxore ammotas vel ob impensas, aliena mercede similem petitionis causam, pater habeat actionem contra uxorem filii veluti actionem rerum amotarum eo ipso peculium filii augeri utique esse videri: quia computari in peculio filii fam. solet. illud omne quod filio, ac per eum patri debetur. l. 7. § in peculio de peculio. Quo supposito infert ex eo Paulus mulieri agenti de dote post matrimonium solutum, totum praestandum esse quod est in peculio, et consequenter computatio etiam eo quae deducto seu retento a marito quod ei idem uxor, propter res amotas debet. Pauli verba haec sunt; sed sive propter impensas a filio familias habitas sive propter ab uxore res pe-culiares, hoc ipso quod habet actiones pater ex persona filii maius peculium fit, et sic totum praestandum mulieri, quod est in peculio, quia adhuc fit quod uxori debeat. Hinc ergo Paulus evertens veluti destinato daloque opere hanc actionis rerum ammotarum post divortium reddendae, quippe Paulus agnoscit in actione de dote agenti mulieri post divortium, restituendum esse solum id, quod in peculio eiusdem mariti apud patrem est, et consequenter apertaque etiam id quod propter res amotas ab uxore eo ipso tempore post divortium, nempe pater petere posset, quoniam id ut pote debitum filio marito in peculio eiusdem est: quod supponit Paulus esse in utilem actionem rerum amotarum etiam post divortium, quippe si utilis esset quod rerum amotarum actione pater ab uxore petere posset, multo magis et retinere seu compensare contra eandem de peculio agentem actione de dote, ex regula legis

l. 1. filio fam. 25. digest. soluto matrimonio.

l. filij qui. De Regulis Iuris. l. unica §. tacet Cod. de rei uxoriæ actione. In hac difficultate Interpretan-
do Accursius et eiusdem Scholæ ~~[illegible]~~ Interpretes antiquiores, Castr. Immola et Alexander in d. l.
25. quos sequitur Petrus Barbosa in l. si cum dotem. 22. §. transgrediamur. nu. 22. Soluto matrimo-
nio. existimant id circo in d. l. 25. non haberi rationem actionis rerum amotarum, totumque quod ob amotas
res debet ipsi mulieri quæ amovit post divortium præstari, quia quidquid filio eidem marito debetur
auget peculium. d. l. 7. §. in peculio. Proinde eum dos mulieri ex peculio præstanda sit, et id ipsum quod debet
ob res amotas in peculio computetur, etiam si pater filij nomine actione rerum amotarum res petat, obijcit
ei compensatio dotalis debiti, quod ex eodem peculio solvendum est, ideoque opposita compensatione effectus
actionis rerum amotarum eludit. Verum hæc Accursij aliorumque Interpretatio eique non dissimilis Fran.
Duareni in d. l. si filio mihi quidem semper item alijs qui Paulo attentius rem ipsam perpenderint, non facit
satis, quippe hic certum est, et quidem in quo ad actionem de dote, id ipsum quod patri filijfam. mariti qui
dotem recepit filius ipse debet computari quidem in peculio, sic tamen ut præferrat pater deducatque con-
ventus actione de dote ab uxore filij deducatque inquam inprimis quidquid ipsi idem filius debet, neque
id mulieri agenti de dote restituat ut aperte Ulp. scribit. in l. si filio fam. 53. in fine Soluto ma-
trimonio. Ergo et fortius dicetur id ipsum quod actione rerum amotarum, mulier ipsa marito filio fam.
ac per eum patri debet deducendum contra mulierem ipsam, præferendumque patrem in deductione;
Absurdum namque esset tribui mulieri contra actionem rerum amotarum delinquenti compensationem
prælationemque, quæ ubi nihil delinquit, ei denegamus. Quare ut obscurum prorsus explicet observandum
illaudatum sequitur magnus ille observator Cujac. 23. obser. cap. 37. et lib. 35. Pauli ad Edictum, in d. l.
si filio fam. 25. speciem apud Paulum propositam sic debere: Mulier trecenta in dote attulit, eaque filio
familias marito, tradit non invicente patre, maritus paterve eius, postea centum in res dotales impendit
seu potius mulier ipsa centum constante matrimonio et divortij consilio a marito amovit, postea
secutum est divortium in hac specie affirmat Paulus hæc centum quæ uxor marito eiusque patri amo-
vit, et actione rerum amotarum debet, computari in peculio eiusdem mariti, Unde et recte infert
totum id quod est in peculio restitui uxori debere nempe ducenta, computatis scilicet ~~[illegible]~~ centum illis, quæ uxor
ob res amotas debet, in eo autem, neque iniuria pater afficitur, neque hic actionis rerum amotarum post
divortium competentis labefactatur, quippe sumus in ea specie in qua ducentis uxori redditis etiam nunc
tantis in peculio centum quæ uxor amovit, si ducenta ei reddantur manent adhuc apud maritum di-
tremitus centum ex dote, quæ trecentorum fuerat et proinde amplius quantitate peculij quæ divortij tem-
pore est. Absurdum autem esset patrem non nisi de peculio conveniri in quo centum duntaxat sint divortij
tempore si centum alia amota non computentur et restituantur. Iam vero Interpretationem hanc de
ampliore quantitate dotis fingendo in d. l. si filio fam. 25. firmat aperte duobus locis Paulus ibidem.
Primo in principio huius loci dum veluti de industria negavit actionem dotis filio datæ in solidum patris non
in solidum esse sed de peculio nempe et eo ipso significet quidquid in peculio fuerit etiam computato et
quod uxor ob res amotas debet, restitui ei debere, quotiens peculium ad solidum dotis quantitatem non sufficit.
Secundo et quidem clare confirmat hanc sententiam Paulus in ratione quam reddit in extremo d. l. si filio fam.
25. dum scribit totum quod in peculio est præstandum mulieri quia adhuc sit quod uxori debeat, id est
quia etiam toto ei uxori præstito remanent apud patrem seu maritum neque uxori reddunt centum illa
quibus locupletior fuit dos quam quantitas peculij quæ invenit divortij tempore.

Quinto ex eadem ratione Iuris, ne hanc de
actione rerum amotarum, non nisi in divortij casu exercendo orbitam egrediamur, explicatu dignissimum
dignissimum est neque in praxi tam nostratis novæ Iurisprudentiæ usumque iudicationem et fori prætermit-
tendum quod Iustin. docet in l. unica §. tacet vers. sed nec retentio. Cod. de rei uxoriæ actione his
verbis

-stis verbis. Sed nec retentio ob res amotas necessaria est, cum pateat omnibus maritis rerum amotarum iudicium, abrogat nimirum eo loci Iustin. retentionem illam ~~[illegible]~~ dote propter res amotas, qua maritus adversus uxorem soluto matrimonio dotem petentem in actione rei uxoriae, solebat uti, dotemque retinere donec amotae res restituerentur, extant huius retentionis vestigia in l. illud. 25. l. ob res. 20. §. 1. de pactis dotalibus. l. rei iudicatae, 15. §. 1. soluto matrimonio. l. si cum dos. 66. hoc tit. Vult itaque Iustin. deinceps cessare retentionem dotis ob res amotas, quia patet omnibus maritis rerum ammotarum iudicium quo satis superque illis consultum est. Verum in hac re Iustinianus aut Tribonianus potius fugere non potuit censoriam Fabri notam qui supercilliosa illa auctoritate qua censuram sine suffragio gerere et in iuris autores invehi, solet de erroribus Iustinianeis accusat male in iurisprudentiam tractationis sublatae, quae perperam retentionis ob res amotas praetextu actionis rerum amotarum, Fabrianae affirmationis fulcrum veluti et firmamentum est Martianus noster in praesenti dum docet, actionem rerum amotarum non nisi post divortium competere.

Nu. 11° Revocat iam disputationem nostram ac remque quodammodo vellit pars altera Martiani sententiae, hoc quae, docet, si in matrimonio uxor marito res subtraxerit, et non divortii consilio neque divortio postea sequuto cessare quidem rerum ammotarum actionem, posse tamen condicere maritum ab uxore res ammotas condictione ex non iusta causa sive ex iure gentium; concinit huic sententiae Consultus in l. 6. §. ult. l. ob res 24. hoc titulo. l. perpetua 6. de condict. ob turpem causam. vel de condictione ob causam. l. si et me et titium. 32. de rebus creditis illustrant inter alios quos ad priorem nostri textus partem partem laudavimus. Petrus Gregorius lib. 37. syntag. cap. 11. Donel. 15. Comment. cap. 29. Faber de err. decade. 79. err. 8. et decade. 78. err. 4. Cuiac. ad hunc tit. in Cod. et lib. 11. quaest. Pap. in l. vivus 11. hoc tit. Sunt autem huius sententiae duae partes. 1. affirmat cessare rerum amotarum actionem constante matrimonio. 2. docet competere eo ipso tempore condictionem quae in eos dari solet qui non ex iusta causa possident.

Ad textum in lege cum pater 77. §. cum existimaret. 29. ff. De legatis 2. auctore D.D. Laurentio Santos de San Pedro.

anno. 1649.

Sciendum est omnium eorum fidei committi posse ad quos aliquid perventurum est morte testatoris, vel dum eis datur, vel dum eis non adimitur. l. 1. §. sciendum 6. de leg. 3. ideo etiam ab heredibus ab intestato successuris, et codicillis ab intestato factis possunt fideicommissa relinqui. d. l. 1. §. sic et eius 8. et §. illud. 9. l. si ita fuerit. 9. dig. de leg. 3. l. siquis. 3. in prin. et §. 1. l. 8. §. 1. l. 13. §. 1. l. ab intestato 16. de iure codicillorum. l. quia autem. 6. in prin. si quis omissa causa testamenti. l. filiusfam. 18. ad leg. falcid. l. si fundum. 92. §. sicut 2. l. 93. et l. 94. de leg. 1. l. a fratris. 127. eodem titulo. de leg. 1. l. filiusfam. 114. in prin. et §. 1. et 2. dig. eodem l. ex ea 29. §. 1. qui testa facere possunt. l. helius. 88. §. ult. de leg. 2. l. cohered. 41. §. quidam 3. dig. de vulg. l. generaliter. 24. §. ex testo 4. dig. de fideicom. liber. l. 3. de testo militis. l. siquis testo. 81. hoc nro titulo de leg. 2. l. 1. cod. de fideicom. libert. l. ult. in prin. et §. 1. cod. de codicillis l. ex testo 29. cod. de fideicommissis l. si iure. 11. cod. de testa manumisse l. cam quam. 14. cod. de fideicommissis l. si pater. 45. § de fideicom. liber. l. in testo 38. de fideicom. liber. nra l. cum pater 77. §. filius matrem 23. de leg. 2. l. 1. §. hoc autem. et §. generaliter. l. recusare. 6. §. meminisse. l. ad trebel. l. 3. et §. cod. ad trebel. l. 22. cod. de fideicommissis. l. 2. cod. de codicillis. lege finali. cod. quando dies legatorum cedat. §. non tantum Inst. de codicillis.

Et inde in nostro textu iure optimo fideicommissum codicillis ab intestato factis potuere a consobrina ab intestato successura relinqui ideo vero non integra fideicommissum ate relicta cogitur prestare quia cum testator eam fideicommissi putans solam heredem futuram gravasset, creditur non ita eam a testatore onerandam fuisse, si eam non in solidum successuram non ignorasset, quod et confirmat. l. 15. et 19. de iure codicillorum. facitque l. cum filius. 76. dig. hoc titulo. l. epistolam. 75. ad trebel. l. iudicatae 29. de except. rei iudicatae. l. cum duobus. 13. cod. de inoffo testo. l. duobus. 30. de liberali causa. Nec obstat. l. post emancipationem. 40. vers. idem quesisse de leg. 3. Nos* respt. in eo textu testatricem vel patruum in solidum heredem putaverat non tamen cum esse bona ad eum spectatura cogitavit dum non ad restituendam dimidiam partem hereditatis avunculo gravaverat, sicque postea avunculo in partem hereditatis ut proximo cognato vocato non minor pars apud patruum remansit quam ea quam remanere testatrix et putaverat et cupierat. Aliud dicendum in legatis rerum que divisionem capere non possunt, talia non legata ex summo iure non deberentur. l. 19. de iure codicil. in finalibus verbis sic intelligendis. Sed equitate autem talia legata in solidum debentur ut de libertatibus relictis dicitur in nostro textu, sed ita accipiendum ut pars que ad eum heredem que postea supervenit spectavit redimatur, non nummis eius qui gravatus fuerat sed nummis ipsorum quibus libertas, vel quid aliud individuum est relictum. argumento textus in l. cum filius. 76. de leg. 2. l. iudicatae 29. de except. rei iudicatae. l. duobus. 30. de liberali causa secundum quam doctrinam intelligende sunt. l. 11. et 12. de iure codicillorum videndus legat. lib. 19. quest. Pap. in d. l. 11.

Nec obstat. l. alieno. 31. §. 1. de fideicom. liber. ubi libertas et ab herede gravato et ab herede postea superveniente prestanda. Neque respt. libertatem prestando aut a gravato in solidum si ipse nummis servi partem a coherede redemit, aut prestanda pro parte a gravato, et pro parte a coherede si non gravatus sed ipse servus se ab altero herede redemit ita legat. ubi supra. Verum hec vera sententia si nominatim testator heredem quem in solidum successurum putabat gravavit, secus si per verba quisquis mihi heres erit. tunc non ab utroque herede fideicommissa prestanda. Quo modo accipiendi sunt textus in l. 3. §. 1. l. ab intestato 16. de iure codicillorum

l. post emancipationem. 40. vers. idem quesisse de leg. 3.

* cum ... in ...

De Iure Codicillorum l. si ita fuerit. 3. de leg. 3. Nec quis dicat ab utroque herede in nostro textu prestanda esse fideicommissa, et si ab uno tantum fuissent nominatim relicta arg.to tex. in l. titio 61. §. Iulianus. 1. de leg. 2. ubi fideicommissa ab uno ex legitimis heredibus relicta, si gravatus repudiet a coherede cui portio accrescit debent. Nam resp. ideo in d. §. Iulianus 1. a coherede cui portio accrescit deberi fideicommissa quia ambo heredes legitimi ex voluntate testatoris succedunt, dum non sciens eos sibi ab intestato successuros, eos hereditatem non ademit quasi instituisse illos videtur ideoque perinde ac si fuissent instituti, ex tacita testatoris voluntate induunt reppetitio, quae alias inter in testamento institutos solet induci secus in nostro textu in quo cum testator tantum putasset sibi Consobrinam successurum, alter qui postea supervenit, ex eius voluntate succedere non existimat, nec potest indui reppetitio ex testatoris voluntate qui nec eum successurum unquam cogitavit; Pap.us in l. illud. 13. de iure Codicil. Qua ratione similiter in l. 1. §. illud 9. de leg. 3. cum heres legitimus a quo fideicommissa relicta fuerant repudiat, sequens in gradu fideicommissa prestare tenetur, de cuius textus conciliatione cum d. l. 61. §. Iulianus videndus Valentia tomo. 1. illustr. tract. 1. cap. 4.

Enimvero adhoc ut fideicommissa, a, legitimis heredibus prestentur necesse est ea expresse ab heredibus legitimis fuisse relicta, aut codicillis ab intestato factis aut clausula codicillari testo adjecta ut patet ex omnibus iuribus supra in prio. adductis, alias si testo simpliciter vel codicillis ad testum factis sint fideicommissa, relicta, testamento eo nullo vel irrito facto etiam si ipsi ab intestato succedunt, quia in testo fuerant instituti fideicommissa prestare non coguntur. l. si quis 3. hoc nostro titulo de leg. 2. l. ex ea scriptura 29. dig. qui testa facere possunt. l. cohered. 41. §. quod si 3. de vulg. l. 1. Cod. de iure codicil. l. fideicommissa 11. §. 1. de leg. 3. cum pene omnibus supra citatis — Verum opponitur l. 2. §. unde belle. finali. de suis et legitimis. ibi fideicommissum in testo relictum, etiam nulla adjecta clausula codicillari debetur ab herede legitimo — Resp. hoc ideo sic responsum a consulto, quia credit fraudem intervenisse heredis legitimi, ut repudiaret heres scriptus: Nec huic solutioni obstat. l. tutores. 39. §. heres 3. de administr. et periculo tutorum, ubi in eodem casu non admittitur ea suspitio, et fideicommissum non prestatur ab herede legitimo. Nam resp. in hoc §. 3. heredem scriptum tantum non adiuisse, non vero repudiasse ut in d. §. unde, ideoque non eandem suspitionem fraudis in uno, ac in altero casu fuisse admissam ut recte docuit Cujat. lib. 5. resp. Pap. in d. l. tutores. 39 — Opponitur item l. peto. 69. §. mater de legat. 2. Resp. precessisse clausulam codicillarem ut optime sentit Cujat lib. 19. quest. Pap. in ipso textu. Attamen adhuc ex hos difficilis videtur consultus in l. fideicommissa 36. de leg. 3. et in l. titia 13. de inofficioso testamento, qualenus in eis asseverat fideicommissa etiam expresse ab intestato relicta, testamento inofficioso dicto non valere — Sed respondetur illud ex eo pendere quod cum inofficiosum testamentum, cum dicit, eo colore rumpat quasi testator sanae mentis non fuisset, consequens est dicendum eum, qui demens testum facere non potuisse putatur, nec in eo fideicommissa ab intestato relinquere potuisse — Ad legem Statius Florus 48. §. Cornelio Felici. de iure fisci. videndus est Amaya lib. 1. observat. cap. 12.

Ad tex. in l. Aristo 5. ff. de iure deliberandi

Hereditas licet solvendo non sit: tn si semel adeat, creditoribus hereditarijs obstringit heredem l. quet dotis 33. ff. soluto matr. l. 3. ff. ad leg. falc. l. libertus 36. ff. de bon. libert. ideo expedit illum in addit. non precipitari, quapropter ad deliberandum olim a testatore aliquot dierum, plerumque centum, spatium, prestari solebat, idque tempus cretio vocabatur secundum Ulpian. in fragm. tit. 22. §. cretio, indeque et ipsa solemnis adquisitio hereditatis ita vocabat, cuius solemnes formas, et naturas refert ipse Ulp. ed. §. cretio cum pluribus seqq., sustulit tn eius nimis scrupulosam solemnitatem Theodosius Imperator in l. cretionum 17. C h. tit. cuius constitutionem quamvis non de omnibus hereditatibus latam, nec omnino cretionum solemnitates tollentem: ut apparet ex l. 8. C Theodos. de bonis matern. ubi integrius reffert, tn postmodum ad omnes productum inde constat quod in d. l. cretionum 17. indefinite prolata est, quapropter cretionum extant vestigia, forte n. Tribonianus cretionis et cernendi verbum, velut iam insolens a Consultorum fragmentis rejecit, quidq. fecisse licet odorari in l. pupillus 9. † decernunt et in l. is qui 13. §. 2. † decernat ff. de adquir. hered. item in l. nemo 15. C h. tit. et in l. ea quid 5. §. fin. C de tempor. in integr. rest. ut appareat ex l. 5. C Theodos. de bonis matern. et ex l. 2. C Theodos. de integr. restit. e quibus desumpta sunt. Mansit tn aliqd. vestigium in l. si titio 22. §. 1. ff. qd. dies legator. ced. et in l. denique 3. §. et si 5. de minoribus l. 9. §. 1. † dies additionis ff. de iuris et facti ignorantia l. Pannonius 81. de adquir. hered. l. 2. §. fin. de suis et legitim. hered. in Rubrica et l. unica C Theodos. de cretione et bonor. poss. in l. 4 l. 5. et l. 8. C Theodos. de bonis matern. in d. l. 2. in fin. C Theodos. de integr. restit. et extra Iuris authores Cretionis meminere Varro lib. 5. de ling. latina c. 8. et lib. 6. c. 5. Plinius lib. 10. epist. 90. ad Traianum de tit. largi. Livius lib. 24. c. 25. ubi Sopatrus ad Syracusanos post mortem Andronodori verba facit, et lib. 40. c. 4 in orat. Philippi ad filios; Cicero lib. 6. epistol. ad Atticum epist. 1. et lib. 11. epist. 2. et 12. et lib. 13. epist. 44. et lib. 9. epistolar. ad familiar. epist. 14. ad Dolabellam Iulius et lib. 1. de oratore ante medium ubi cum vulgo legeret ut in editionibus scribi solet quibus sciam poteroque recte Lambinus (sequente Duareno, et Hotmano: ut maluit Cujat. in not. ad Ulpian. d. tit.) restituit in cretionibus erant hæc verba quibus sciam, poteroque solemnia in cretione vulgari: ut ait Ulp. ubi s. ad quos cernendi etiam morem allusit iocus ipsius Ciceronis in eum qui plures hereditates adierat, relatus lib. 4. Rhetoricor. ad Heren. paulo ante finem † Prospice tu qui plurimum cernis. meminit item Quintilianus declamat. 261. Isidor. lib. 5. origin. c. 24. Prudentius in Cathemerinon, in himno Epiphaniæ.

si autem testator cum cretione heredem non instituerat h. e. spatium temporis non dederat ad deliberandum, tunc ius adeundi erat perpetuum l. licet 6. C h. tit. sed cum posset heres celerius, quam sibi putaret expedire cogi a creditoribus in iure respondere an heres esse vellet, ideo Prætor ne ille a creditoribus interrogatus caperet sine matura deliberatione aleam iaceret l. qui interrogatur 5. cum l. seq. de interrogat. in iure fac. l. 1. §. largius 12. de successorio edicto, ei subveniendum putavit concesso tempore ad deliberandum l. 1. §. 1. cum leg. seqq. ff. h. tit.

matris ... intelligitur ... lib. in l. ...

intra quod tempus dum heres deliberat differtur adire hereditatem, h. e. ut puta si longum tempus sibi necessarium putet ad deliberandum, illique ex causa concedit d. Leg. nec non 3. h. tt. etiam Creditoribus Praetor consulet et curatores bonis dando, vel illos in possessionem bonorum custodiendorum causa mittens l. idem 12. §. 1. de rebus authorit. iudic. possid. l. si diu 8. l. si ingenuus 9. §. 1 ff. ex quibus causis in possessionem eat, sicut etiam, & illis aliquo consulere solet tempus praefiniens heredi sub conditione potestativa instituto, intra quod eam impleat, & adeat hereditatem sub comminatione eo tempore transacto ad hereditatem non admitendum l. si quis instituat 23. §. 1. cum seq. ff. de hered. instit. l. 4. ff. de rebus authorit. iudicis possid. l. 1. ff. de curat. bon. dando, quo & non absurde referri pot tex. alias difficilis in l. 5. §. q sub cond. 8. ff. si quis omissa causa tt. proponte Costa lib. 2. select. c. 2. n. 5. & licet huic explanationi pernis tenaciter inhaerente. Debet itaque Praetor medius haberi inter heredes, & creditores: ut sic utrisque subveniens, & heredibus prospiciat ne praecipitent in additione maturiorisque consilio rem decernant; & creditoribus quoque consulat, ne ex dilationibus heredis damnum ferant, dumque heredes ancipiti consilio eos trahant Quemadmodum similiter, & fideicomissario universali subvenire solet Praetor ne decedente herede intra tempus deliberandi deficiat fideicomissum, cogitque heredes etiam intra tempus deliberandi, ut periculo fideicomissarij adeat hereditatem licet non statim restituat, sed eam retineat; ut si completo tempore deliberationis expedire sibi compererit hereditatem, sentiat commodum tt. perinde ac si sponte addiisset; sin vero damnosam crediderit restituta ea fideicomissario exoneretur actionibus hereditarijs l. si legatus 30. l. omnes 71. ff. ad Treb. & ff. si partes Praetoris ut ita heredi scripto deliberandi tempus concedat quod alij praeiudicium non pareat, ideoque & fideicomissario subvenit d. praedicta & inter heredes, creditoresque medium se habet utrisque subveniens.

Eo respiciens Aristo in praesentiarum recte ait non solum creditoribus sed & heredi instituto Praetorem subvenire debere, h. e. et illis consultum ne heredis dilatione diu trahantur, damnumque aliquod pati possint, & heredi subventurum ne celerius quam par est, aut re non mature expensa adire cogatur; sed addit Aristo quod aliquantum obnubilat mentem totius responsi; hisque copia instrumentorum inspiciendorum facere; ut perinde instruere se possint expediet nec ne agnoscere hereditatem. quae verba cum ut plurali numero plata non possint referri ad heredem institutum solum, de quo nuper singulari numero egerat, communiter ab interpretibus putat referenda ad creditores simul & heredes, quod sane dificile est tum quoniam ea ratio ut perinde se instruere possint expediat nec ne agnoscere hereditatem. creditoribus non convenit tum etiam quia creditoribus licet in rerum possessionem missis, ut ait Ulpianus in l. cum plures 15. ff. de rebus author. iudic. possid. solum permittitur descriptionem facere instrumentorum ut sciant quot sint, & de quare unique eorum credant, ne corrumpant rationes ipsa vero corpora describere ita ut illorum copiam habeant, seque possint instruere nullo modo permittuntur teste Ulpiano & merito, quoniam alteri non debent edi instrumenta a reo l. penult. ff. ad exhib. l. 1. & l. q accusan 4 C de edendo l. nimis grave 7. de testibus C, probatque notus in rem tex. in c. 1. de probationibus Nam licet fisco plerumque edi soleant l. 2. §. divus, & §. item divus ff de iure fisci l. 3. ff. de edendo, Privatis tamen nunquam eduntur, nisi aut ex caussa Iudex id aliquando aequum putans ex officio edi iubeat d. l. 1. C de edendo l. penult. §. penult. ff. ad Leg. falcid. d. l. 1. C de edendo, aut forte instrumenta sint propria actoris l. 3. ff. tt. quemadm. aperiant l. 3. §. interdum 14. ff. ad exhibendum vel communia sint utriusque veluti rationes argentarij l. 4. §. 1. cum seqq. ff. de edendo, aut quae a Procuratore, Tutore, aut Socio res necessariae administrationibus conficiunt l. quaedam 9. ff. de edendo, aut tt. vel codicilli ex quibus mihi legatum, aut fideicomissum debeatur toto tt. ff. de tab. exhib. Unde cum nulla ratio sit cur indistincte in nostro tex. instrumentorum copia fieri debeat

debeat; injuria videtur Aresto n(ost)ri id faciendum suadere =

Tertia denique differentia e maritum qui legare sibi volentes rogauit ut uxori suae legant, non censeri donare uxori contra prohibitionem iuris: quod legatum ut legantis capit, et non nisi post mortem testatoris defertur, ideoque ea quorum defe... velut vivo testatore non potest agnosci, aut adquiri l. si ita 45. §1. ff de leg. 2. l. 1. § decretalis ff de successorio edicto. Proinde eo tempore, quo maritus testatorem sibi legaturum rogauit, ut uxori legaret, non potuit intelligi legatum agnoscere, vel adquirere, atque ita uxori donare, et consequenter neque pauperior fieri, aut amittere id quod nondum sibi delatum erat, neque uxor ex donatione mariti, sed ex testamento legantis, legatum capit, l. sed et si vir 31. § quod legatum 7. ff de donat. int. virum, et uxorem diuersum e mortis causa sibi donaturum, maritus iubeat uxori tradere, nam cum causa donatio, quamuis ante mortem donantis non perficiat, firmet ve, d. l. in mortis 22, l. non videtur 32 ff de mortis causa donat. statum tamen incipiat, fiatque per stipulationem, vel traditionem a presente, et in ea non solum agnoscat, sed etiam adquirat illico donatorum, salte revocabiliter l. 2. l. si mortis 29 cum l. seq. l. int. 38. ff de mortis causa donat. censetur maritus eo ipso quod uxori tradi iubet agnoscere in primis donatum, atque ita postea uxori donare simulque fieri pauperior creditur, dum quod iam agnouit amittit, contra rationem prohibitionis donationum int. l. Hugues, l. idemque 4. iuncta l. 3. § penult. et ult. l. quod si mihi 56 de donat. int., quas ita desperate exponit, exponitque cum d. l. sed si vir 31. § quod legatum Cuiacius lib 17. digestorum Iuliani in d. l. ideoque, quamuis alii post plures Pater Thomas Sanchez de matrimonio lib 6. disputatione 4. n. 2.

N 8

Neque re vel effectu discrepant a Modestino, definitiones Florentini, et Iustiniani: nam quod Florentinus in primis legatum esse donationem expressit verbis illis definitionis, alicui quid collatum velit. tra l. legatum 116 esse autem testamento relictum et fideicomisso, et mortis causa donatione distingui satis demonstrat dum legatum definit; delibationem hereditatis, ex eo quod universum heredis foret, sicut in sinopsi iuris fun data supra n. 4. exponitur diminutionem hereditatis, tum quod vix hereditas non nisi testamento dari, vel adimi possit § codicillis inst. de codicillis, itaneque delibauit, aut diminuit legatis nisi testamento relictis, vel codicillis confirmatis qui pro parte testamenti sunt, in quo iam dirimus a fideicommissis, et mortis causa donat. legata distare, tum etiam, quod hereditas apud Florentinum usurpat pro eo quod universi heredis foret, ut ipse loquitur, sive pro universitate bonorum defuncti ante aditionem heredis l. 1. ff de separationib. eoque sensu suppie, et simpliciter legatum e delibatio hereditatis: quod a solo herede relinqui potest princ. inst. de singulis rebus per fideicommissum relictis, atque ita solum id quod futurum heredis erat diminuit, fideicommissa autem, etiam legatorio, et aliis relinquunt, et eorum ius delibant non hereditatis heredis ve princ. inst. de singulis rebus, l. si fuerit 5. §1. ff de legatis 3. l. si pecunia 77. ff de legatis 1. Caius lib. 1. inst. tit. 7. § Praeterea q. vers. item per legatum, Ulp. tit. 25. de fideicommissis § filio 10 respexit autem in definitione Florentinus, ut probabit post Cuiacium Nouiores suspicantur ad legem falcidiam, quam exponebat lib. 11. institutionum in d. l. legatum 116, et in l. si heres 90 ff ad l. falcidiam, et qua attenta legatum e delibatio hereditatis; quod eam delibare, et minuere usque ad quadrantem potest, non autem totam exhaurire sed ita, ut ex eoque universum heredis foret saltem pars 4. apud eum remanet l. 1. vers. & 2. ff ad l. falcidiam.

N. 9 sed et Iustinianus in princ. inst. hoc tit. quamvis diversis verbis eadem rei substantia inspectiva nam dum legatum definit donationem a defuncto relictam, distinguit eo ipso, a donatione causa mortis, quae vivo donatore incipit, fitque per traditionem, vel stipulationem, statimque vel dominium, vel possessio donatario adquirit, quamvis ante mortem donatarii non perficiatur, l. 2. l. si mortis 29. l. videamus 32. l. in 38. ff de mortis causa donat.; non autem relinquit: quia relinquendi verbum proprie convenit illis solis, quae ex morientis iudicio, aut bonis post mortem eius capiunt l. 1. § generaliter ff de tabulis exhibendis, Martialis lib. 10. epigramma 47. res non parta labore, sed relicta; Virgilius 4. Georgicorum; cui pauca relicti iugera ruris erant; ideoque in l. 2. cod. de natalibus liberis, largiendi, et relinquendi verba separant, primum quia ad donationis viventis; secundum ad morientis legata refert, Deinde dum Iustinianus subiungit esse hanc donationem, quam legatum dicimus, ab herede praestandam distingui eam a fidei commisso; quia hoc etiam ab alio, quam herede; legatum autem ab herede solo praestatur d. princ. inst. de singulis rebus per fidei commissum relictis cum supra laudatis, ex quo apparet nihil minus, magisve in definitione Iustiniani contineri, neque in ea vitiose, otioseve adiici illa verba: ab herede praestanda, ut contendunt post plures noster Valentia d. lib. 3. tract. 2. ad hunc tit. c. 3. n. 11. Everardus Bronchorst centuria 3. assertione 50. Guibertus Costanus questionum iuris c. 14. n. 4. Pereira in Elucidatorem verbo Sine curatore n. 18. cod. de integrum restitutione, defendit autem contra impugnatores Praeceptor noster Pichardus in princ. inst. n. 18. h. tit. Radulphus Fornerius lib. 1. rerum quotidianarum c. 11

N. 10 Origine et definitione legati iam exposita, proxima inspectio est de origine, et definitione fidei commissi, plane fidei commissum est quia ad verbi originem pertinet dictum est, quasi commissum fidei illius, quod a defuncto relicto praestare rogatur, nominis autem ratio deducta ex eo. qui 1. fidei commissa 1. civili iure Romano, ex sola fide et pudore eius qui, ut praestaret committebatur, pendebant, cui fidei, et pudori si rogatus non obtemperaret nulla iuris necessitate, aut vinculo ad praestandum fidei commissum compelli poterat princ. inst. et §. et qua prima de fidei commissariis hereditatibus, eius que rei ratio rursus ea erat, quia lex 12. tab. de quo supra n. 1. eam solam voluntatem morientis confirmavit, sub legandi verbo quae legis modo, sive imperative, et directe disponeret, et consequenter non fidei commissi, in quo precariis verbis, obliquisque rogat potius commendatque, aut committit fidei rogati testator, quam vel imperat, vel pro imperio testator disponit, ut notat Donel. lib. 7. comment. c. 15. et lib. 8. c. 2. Faber de erroribus decade 44. errore 7. n. 4. quibus iam quo ad originem rei pertinet consequens est fidei commissorum usum, vim, et auctoritatem referendam esse ad ius gentium cuius vincula sunt fidei observantia pietatisque, equitatis, et pudoris ratio quibus solis fidei commissa sustinebant destituta auxilio iuris civilis d. princ. inst. de fidei commissariis hereditatibus l. unum ex familia 67 § ult. ff de leg. 2. l. Pamphilo 39 de leg. 3. iuncta l. is cuius 84. § si natura ff de reg. iuris l. 1. ff de constituta pecunia. l. Stichum 95. § naturalis ff de solut. l. adoptivus 14. § serviles ff de ritu nuptiarum; unde quamvis postea primus Augustus, et deinde sicuti caesares, paulatim fidei commissis veluti approbationem dederint, iuris civilis instituto proprio pretore tandem qui de fidei commissis iudicaret, et rogatos ad praestandam fidem compellent d. princ. inst. de fidei commissariis hereditatibus, et princ. inst. de codicillis l. 2. § capta 31. vers. quos deinde ff de origine iuris semper tamen obtinuit, origine et substantia inspecta, ut fidei commissa censerent esse iuris gentium, sicut contractus plerique iuris gentium sunt quamvis iure civili approbati l. iuris gentium 7. ff de pactis l. ex hoc iure ff de iustitia et iure l. 1. § ult. ff de contrahenda empt. et stipulatio iuris gentium est, quamvis iure civili approbata, § de constituto inst. de act. l. eaque 53. ff de adquirendo rerum dominio, iuncta l. ari?? utilis 8. § ult. ff de acceptilationibus, docte noster Valencia d. lib. 3. tract. 2. c. 1. ex n. 3. Osualdus ad Donelum lib. 7. c. 15. litt. B.

N. 11 Definitur fidei commissum ab Ulpiano tit. 25. de fidei commissis in princ. ut sit quod non civilibus verbis, sed precative relinquitur, neque ex rigore iuris civilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis. ex qua definitione, seu descriptione, ut iam breviter ipsam illustremus, simul quia nobiliores inter legata, et fidei commissa iuris antiqui differentias explicemus

1. ?? illo

Prima illa, et Primaria nascitur nempe legatum relinqui debuisset civilibus, legitimisque directis, imperativisque verbis, et quidem certis, solemnibusque, qualia Ulp. proponit d. tit. 24. de legatis in princ. et §.1. cum Segg.; fideicommissa autem verbis precarijs relinqui solita, qualia referunt in §ult. inst. de singulis rebus, per fideicommissum, l. 2. Communia delegatis, et ad Ulpiano d. tit. 25. §.1. lib 4. Sententiarum tit. 1. § fideicommittere, et quibuscumque inflexis, sive non solemnibus. Lectio 115. l. 1. et eo modo 118 ff de legatis 1. l. unum ex familia 67. § ult. l. peto 69 ff de leg. 2. l. fideicommissa 11. § si quis ita 4. et §. hec verba 9. l. Pamphilo 39. de leg. 3. Paulus d. lib 4. n.° 1. § quod fideicommissum. 2.a diffa. fuit in legatis verba omnino requiri, § sed diversa 2. inst. h. tit. l. in legatis 21. cod h. tit. juncta l. quoniam 15 cod de tit. l. ult. Cod. qui admitti; fideicommissa autem etiam sine verbis solo nutu relinqui l. nutu 21 de leg. 3. l. et in epistola 22. cod. de fideicommissis. Ulp. d. tit. 25. § etiam 3. vel ex coniecturis induci posse l. cum proponebat 64. de leg. 2. l. cum virum 56 cod. de fideicommissis. Tertia diffa. est in legatis strictum civilis juris rigorem in fideicommissis autem benignitatem juris gentium, et voluntatem relinquentis prevalere § sed non diss. inst. h. tit. Ulp. d. tit. 25. in princ. l. penult. de leg. 1. l. heredes 57. § 1. S.C. Trebell. d. l. unum ex familia 67. § ult. Ex quibus constat aberrasse temere Antonium fabrum lib 15. coniect. 12. 2. et de erroribus pragmaticorum decade 26 errore 3. et Segg. contendentem fideicommissis semper certa, et solemnia verba necessaria fuisse neque ex coniecturis induci, quem refutat Illegens ad Don. lib 8. c. 3 litt B.

Quarta superioribus proxima diffa est legatum ut pote juris civilis, non nisi cives Romanum l. 1. ad l. falcidiam, et consequenter Latinum Junianum capere non potuisse, cum tamen fideicommissum tamquam juris gentium capere possit N 12

Ulp. d. tit. 25. et latini, Caius lib. 1. inst. tit. 1. § sed int; nisi scilicet, aut mortis testatoris tempore aut intra centum dies cretionis, sive additionis latinus cui legatum relictum est fiat civis Romanus: tunc enim etiam legatum capere potest teste Ulpiano tit. 17 in princ. et tit. 22. §. latinus notat Hotomanus lib. 2. observat. c. 17. eo quod refferse, et inde interpretari soleo tex in l. non oportet 52. de leg. 2. ubi regulas illas non oportet prius de conditione cuiusque quam querere, quam hereditas, vel legatum ad eum pertineat, interpretor non de celibe, aut orbo, ut Cuiacius in l. si cognati 19 de reb. dubijs, et tractatu 1. ad Africanum in l. si id quod 10 ff si quid in fraude Patroni, Balduinus leg. Papia pagina 99; sed de latino, tum ex voce, conditione, que proprie ad statum latinitatis potius, quam celibatus, vel orbitatis refert § ult. inst. de libertinis, et § ult. inst. de successione libertorum, l. 1. cod. de latina libertate tollenda; tunc etiam, quod verba hereditas, vel legatum apprime conveniunt latino, qui eorum incapax est, quamdiu Latinus, non tamen fideicommissi, ut iam diximus, non autem celibi, aut orbo, quod hij non solum hereditatem, vel legatum, sed etiam fideicommissum, et bonorum possesionem, et donationem causa mortis capere prohibent, ut ad ll. Juliam, et Papiam, lib 4. et 6. notat Paulus in l. et fideicommissum 87. de leg. 3. l. hereditatis 138 de V. S. l. Senatus 35. de mortis causa donat., quas ita vulgo exponunt post Balduinum, Cuiacius in d. l. 138. et nostrates Pichardus in rubrica inst. de bonorum possesionibus, n.° 8. Sypinus in Speculo titulorum glosa 27 n.° 48. Pansa in notis quadrimestri 2. p. tit. n.° 12. et Seqq. Sum denique quod de Latinis, et modis quibus cives Romani fiunt tractasse ferentium Clementem lib 3. ad leges Juliam et Papiam ex quo deducta est, d. l. non oportet 52 constat ex l. qui in continentibus 141. juncta l. Edificia 139 de V. S. Ulp. tit. 3. in princ. et § liberis.

Subsistamus tamen paruisper nam quod propositis de capacitate fideicommissi tamquam juris gentium in latino, preter dissimile ius in eare celibis, et orbi de quo supra; obstat gravi exemplum deportati, qui quamvis capax maneat eorum quae juris gentium sunt l. Sunt quidam 17. § primo de penis l. deportatus 15 de interdictis, et relegatis, fideicommissum tamen capere non potest, ut colligitur vel intelligitur ex l. 1. § hi qui 2. l. si deportati 7. § similis de leg. 3. et expressum didici in l. cum Ulpian. 16 de interdictis et relegatis, in quo diversum melius quod ius fideicommissi relicti Servo deportati, quam si ipsi deportato relictum sit, ne dicere quod in deportato ipso presens, certa quod capacitas facit fideicommissum prout non scripto: ~~at in servo deportati~~ l. 1 Cod. de heredibus instituendis at in servo deportati scilicet post deportationem, ex causa juris gentium adquisito fideicommissum omnino valiturum est, servusque capax futurus vel ex persona deportati, si restituturus sit, vel ex persona fisci si deportato citra restitutionem mortuo servus ille ex vi veteris publicationis vindicetur l. 2. cod. de bonis proscriptorum l. cum ratio 7. § ult. de bonis damnatorum, ideo quod fideicommissum interire N 13

lex 52 de leg 2

lex 16 de interd et releg.

interea valere supponit, et pertinere, vel ad fiscum deportato non restituto mortuo, vel ad deportatum restitutum d. l. si deportati 7. de leg. 3. quam ita probabiliter explicat Fab. de erroribus decade 14. errore 8. et quem ius alii idem Fab. de erroribus decade 46. errore 4. n.º 6. et lib. 12 Conject. c. ult. Donellus lib. 6. ... c. 27. et minus recte deportatum esse capacem fideicommissi; agnoscant decepti Froglili inprincipio inst. de fideicommissariis hered. (quae ad peregrinum tamen, non ad deportatum pertinent) Duaren. in l. ... Sab. lib. Semestrium c. 13. pagina mihi 195. Donellus in l. 1. n.º 13. vers.º alio loco Cod. de hered. institu. Vter Pareja in otio quadrimestri 2.ª p.te n.º 65. Pichardus in § Servus 6. n.º 20. et seqq. inst. de hered. instit.: quia et fideicommissum non est iuris gentium, et quemadmodum deportatus, celebs, orbus capaces non sunt fideicommissi, ita neque latinus.

N 14 Difficultatis propositae differentia inter latinum et celibem, orbum deportatum quia ratio nondum quia etiam expressa, aut exposita, ut intelligatur observandum est inprimis incapacitatem hereditatis, et legati, in latino, non in pena eiusdem, aut exprohibitione specialis legis descendere neque introductam fuisse lege Iunia Norbana de qua d. tt.º 23. § latinus Vlpianus; sed ante eam etiam obtinuisse ex conditione et statu personae eiusdem latini, qui cum civis Romanus non sit non habet communionem iuris civilis, ex quo capiendi titulus iuspendet d. l. 1. ad lg. falcidiam iuncto Vlpiano tt.º 5. § ex cive, et princ. inst.ª de nuptiis, ex contrario autem in celibe, orbo quia in penam celibatus, et orbatis exprohibitione speciali legum Iuliae, et Papiae, antequam ipsi e statu personae utpote cives Romani omnino ex tt.º capere poterant incapacitatem hereditatis, et legati introductam fuisse, l. 1. Cod. de infirmandis penis celibatus, sicut et deportato similiter in pena delicti digni deportatione, et adiuncta ei pena incapacitatis iuris civilis l. inter penas 6. de interdictis, et relegatis. Secundo observandum est celibes orbos quamvis sint incapaces fideicommissi, neque ex statu personae, neque ex verbis legum Iuliae, et Papiae quia hae sicut Iunia Norbana non sunt locutae de fideicommissis utpote latae suo Augusto teste Dione Cassio lib. 14, 56, et 57, quo tempore nondum fideicommissa vinculo iuris continebantur princ. inst. de fideicommissariis hered.; tamen postea interpretatio iuris consultorum prohibitionem legati capiendi in celibe, et orbo, ex legibus Iulia, et Papia extensam fuisse ad fideicommissum d. l. et fideicommissum 87. de leg. 3. quoniam alioquin derisoria, et inutilis quo ad legatum prohibitio esset, si in fraudem eius, et penae liceret fideicommissum capere: quemadmodum ex eadem in deportato, quamvis liber, et capax iuris gentium est ad quod fideicommissum refert, esset etiam capax fideicommisso, tamen incapacitas legati iure publico ex quo ius capiendi legatum pendet, d. l. 1. ad lg. falcidiam in penam deportati inducta, moribus, quibus fideicommissa ad iuris necessitatem redacta sunt d. princ. inst. de fideicommissariis heredit., producta, et propagata est ad fideicommissum, ne alioquin pena incapacitatis illusoria esset d. l. cum Vlp. 16 ibi: ita verba contra mores, et ius publicum distinguo, expono et interdictis, et relegatis, iuncta l. bona fides 31. ff depositi. Diversum autem in latino, quia ille ante potentiam civis fuit incapax legati, et ante legem Iuniam Norbanam, et per eam non nova prohibitio, aut pena in fideicommissis, de quibus locuta non est, neque in legatis maior incapacitas introducta, quin potius minor dum statuit ut latinus, qui ante eam legem omnino incapax legati possit id capere si intra dies cretionis fiat civis Romanus, Vlpianus d. tt.º 17. et 22. § latinus; quo constituto coepit quodam modo sub conditione cum latino titulus factio esse Vlp. tt.º 11. § tt.º 16 et § latinus 8. et tt.º 20. Proinde nulla ratio fuit ob quam latinus non caperet fideicommissum neque ex statu personae utpote liber, et capax iuris gentium, neque ex prohibitione legis Iuniae in legatis: quia in eis magis eum capacem fecit quam ante esset, et consequenter non fraudat si ad fideicommissa non producit, quin potius dura interpretatio esset si quia in legatis capacitatem, quam latinus non habuit favorabiliter ampliavit, in fideicommissis, quam semper habuit restringeret l. nulla 25. de ll. l. quod favore 6. cod. eodem tt.º

N 15 Sed, ut ex digressione in viam, quinta iam, et propositis proxima differentia est legatum utpote iuris civilis non nisi latina, fideicommissum, utpote iuris gentium et iam graeca, vel alia lingua relinqui potuisse Vlp. d. tt.º 25. § item graece l. fideicommissa 11. de leg. 3. iunc ... inutilis 8. § ult. de acceptilationibus l. decreta ... de R. I. l. iudices 12. Cod. de sententiis, et interlocutionibus l. directa 14 Cod. de tt.º manumiss. l. ult. Cod. de testamentaria tutela, l. hac consultissima 21. § ult.º Cod. de tt.º quia ... tra-

trat, post multos allegerus ad Donellum lib. 2. 8. c. 3. litt. L. et seqq. et ex nostris Valentia
lib. 2. illustrium tract. 3. c. 1. n. 46, eruditissimus Soloriano 2. tomo de indiarum iure lib. c.
25. n. 44. et seqq. Noster etiam, nuper quem cum iactura hispaniae eruditionis eruditionis sublatus
Thomas Tamayo de Vargas in nostris ad lui grandum pagina mihi 94. septima quae
differentia, et sexta, sunt legari non nisi testamento, aut codicillis testamento confirmatis, fidei committi autem etiam ab intestato: item legari semper ab herede debuisse, fidei committi vero etiam a legatario, aut alio quocumque
ut probavimus supra n. 5. et 2. ad quam postremam differentiam respiciens fortasse Marcellus in l. si parens
10. de inoff. testamento, afirmat eum qui legatum percepit ex testamento in quo exheredatus est non posse de inofficioso
agere; quia iudicium defuncti approbavit neque distinguerit utrum sciens vel non acceperit, ut distinguit in eo qui accepit conditionis implendae causa in l. Papinian. 8. § si conditioni, ibi et sciens is accepit de inoff. testamento nimirum quia cum legatum non nisi ab herede debeat, qui legatum accepit non potest ignorare heredem esse cum a quo accipit, et consequenter se non esse heredem: quia si heres vel ex parte esset legatum integrum iure legati non percepisset l. legatum 116 § 1. de leg. 1. quae ratio cessat in accepto conditionis implendae causa: quia potest vel a legatario vel statu libero accipi, ut observat ad rem Cuiacius in d. l. si pars 10. § 1.

Pertinent ad eadem differentiam, et non vulgariter exponendus, componendusque tex. in l. cum maritus 29 § ult., ignotus in hoc tract. perdifficilisque de pactis dotalibus, et tex in l. Seia 11. de dote prelegata: in quibus cum muliere dotem dante, eaque volente, + fratri dotem restitui in casum soluti matrimonij morte mulieris stipulatus esset deinde testamento mulier dotem, vel res dotales aliquas marito, et libertatem servis dotalibus reliquisset, questio est an muliere mortua, stipulator dotem integram a marito petere possit? in qua questione Scevola in d. l. cum maritus 29 § ult. de pactis dotalibus respondet maritum stipulatori cum effectu teneri; ex adverso autem Paulus in d. l. Seia 11. distinguit, docetque; si stipulator tanquam mulieris mandatarius stipulatus fuit repelli eum deberi exceptione a marito, cui mulier dotem reliquit, quod et probat in l. cum qui 37. § nuptura de leg. 3. iuncta l. mulier 72 § ult. de iure dotium l. idemque 10 § si cui 6. mandati si autem stipulator tanquam mulieris donatarius interpositus fuit videri eum gravatum ne a marito peteret, quod marito mulier reliquit, et ideo si petat repellendum similiter esse d. l. Seia 11. l. cum pat. 77. § si mat. 2. de leg. 2 l. 2. l. cum patre 19 cod. de iure dotium, proinde sive mandatarius, sive donatarius fuit stipulator in d. l. cum maritus 29 § ult. pugnat aciriter Scevola ibi cum Paulo in d. l. Seia 11., ut agnoscit, neque explicat Cnantio Iohanes graecus scholiastes lib. 28 Basilicorum, sub tit. de pactis dotalibus in d. l. 29 § ult.: nec respondimus, probamusve Accursianorum distintiones inter donatarium causa mortis in d. l. Seia 11 in fine, et donatarium inter vivos, quale non fuisse stipulatorem in d. l. 29 § ult. supponunt, probatque hoc ipsum ex eoque pactum dotis fratri restituendae precesserat Petrus Barbosa plura, et post plures cumulans in l. quae dotis 34. n. 13. et 94. cum seqq. soluto matrimonio cui tamen et repugnat iuris ratio, et si recte expendant iuris authores in l. 2. cum patre 19 cod. de iure dotium l. debitor 59 § ult. ad S. C. Trebellianum.

quare affirmandum potius breviter utrobique stipulatorem mortis causa donatarium fuisse l. mortis 13. § sive donatione in fine de mortis causa donat. Ulp. tit. 6. § adventitia, et tamen conciliatione ex eo pendere: quia in d. l. 29 § ult. proponitur mulierem res dotales marito legasse, et quosdam ex servis dotalibus manumisisse directo scilicet (tunc enim proprie dicimus testatorem manumittere, cum autem per fideicommissum libertas relinquitur, non tam proprie testator, quam rogatus manumittit, prestatque libertatem, § libertas vers. qui autem et vers. directo, inst. de singulis rebus per fideicommissum relictis tex elegans in l. p. emult. § 1. vers. nam ubi de fideicommissarijs libert.) Proinde cum legatum, et multo minus directa libertas a donatario causa mortis relinqui non possit, princ. inst. et § ante heredis 34. h. tit. non censetur mulier legando, aut directo manumittendo derogare, aut trahere voluisse donatario causa mortis relinqui non possit princ. inst. et § ante heredis 34 inst. h. tit. non censetur mulier legando,
aut directo

manumittendo, derogare, aut detrahere voluisse donatario causa mortis, ut et ideo nihilominus dari ex stipulatione tenet, sed ob noxios heredes suos reliquisse libertatibus, et legata prestent marito d. l. 29 § ult. diversum autem in d. l. seia 11. ubi verba illa dari volo usitata in fideicommissis §. ult. instit. de singulis rebus, suadent, ut quo casu stipulator donatarius fuit intelligatur fideicommissum relictum ab eo, qui, et alioquin dotem petiturus erat, et a quo tamquam donatario causa mortis potuit fideicommissum relinqui d. l. cum pater 77. § mat. 2. de leg. 2. l. 3. l. eum qui 37. § nupturae de leg. 3. docent sic Antonius fab. de erroribus decade 45 error n. 10, Pisanius in l. si aliena 13. n. 29 et seqq. de mortis causa donat. sentit quod aut presensit Cuiacius lib. 2 responsorum sub eodem d. l. 29 § ult. et ante eum veterus Rafael Fulgosius in d. § ult. Cumanus in l. quae dotis 34 n. 7. ff. so. ~~sto~~ matrimonio

N 18 Verum huic interpretationi obstat valde, validequam quod in d. l. 29 § ult. libertatem dotalibus servis a muliere relictam non directam sed fideicommissariam fuisse probat tum ex verbis postremis sequentibus quae supponunt heredes pariter libertatibus, et legatis obnoxios esse, et tamen si libertas directa fuisset nec peti, nec prestari ab herede posset, d. l. penult. de fideicommissis libert.; tum ex eius ratione qua attenta constat, maritum dotalibus servis directam libertatem testamento dare posse, l. 3. cod. de iure dotium, et proinde eum manumittere directo non posse, nisi qui dominus servi est, testamenti et mortis tempore ex iure quiritium authore Ulpiano tit. 1. § iusta libertas n. 3. et tit. 22. § cum servum 8. iuncta l. servius 35. de manum. test. l. servo 9. cod. de test. manum. d. § libertas 2. vers. neque alius inst. de singulis rebus per maritum esse dominum quiritarium servi dotalis, quod et aliis argumentis alibi ostendimus, et rectissime probat Ioannes Suarez ad l. aquiliam lib. 1. c. 5. sect. 3. n. 18. cum seqq. unde et evidenter evincitur mulierem non esse dominam quiritariam servi dotalis: quod non potest in solidum circa eandem rem, et in eodem dominii genere cum marito concurrere l. si ut certo 5. § ult. commodati l. quod constat 141. § ult. de R. Iuris, et consequenter non potuisse directo manumittere in d. l. 29. § ult. cui difficultati, ut respondeamus observandum est in legatis per vindicationem, quamvis stricto iure perinde ac libertates directae non valerent, nisi in his rebus, quae testamenti, et mortis tempore essent in dominio testatoris ex iure quiritium teste Ulp. tit. 24. § per vindicationem 7. Caio lib. 2. inst. tit. 5. § ceterum 4. iuncta l. Stichum 39 de manum. test. l. tantum 88 de V. S. postea tamen senatusconsulto Neroniano cautum fuit, ut quidquid minus factis idem legitimis legatum esset verbis perinde haberet, ac si optimo iure legatum esset, Ulp. d. tit. 24. § per preceptionem 7. unde et effectum fuit ut legata per vindicationem relicta res quae non utroque tempore, et mortis testatoris fuit legata substineat, quomodo iam pridem iure exposuimus Paulum in l. filius 28. § ult. de condict. et de monstr. quo etiam iure exemplo quod credimus idem receptum fuisse in libertate directo relicta servo, qui alio respectu aut tempore, quamvis non utroque testatoris fuit, ut vel tamquam directa valeret in speciem legis verum 58 de manum. test. vel tamquam tacita fideicommissaria argumento ex l. penult. 24. § qui servum de fideicommissariis libert. maxime in dotali servo manumisso a muliere cui dominium in dote saltem bonitarium tribuit l. in rebus 30. cod. de iure dotium, et quid simul cum marito diversis respectibus, ut quos Armenopolus in promptuario iuris lib 4. tit. 8. ad finem, docent post multos Allegerius ad Don. lib 14. c. 4. litt. f. faber de erroribus decade 99 error 1. Schifordegerus lib 2. ad fabrum tract. 13. q. 13. Cevallos communium contra communes q. 3. n. 38 et seqq. affirmamus itaque mulierem in d. l. 29 § ult. directam libertatem reliquisse, ut supra ex verbo manumissit deduximus, nec tamen ut directam, sed iure tacite ut fideicommissariam substineri, eoque respectu heres obnoxius libertati dicitur in d. § ult. non autem donatarius stipulator: quod voluntatis mulieris legantis, vel directo manumittentis non ea fuit, ut derogaret, vel detraheret donatio causa mortis.

N 19 Rursus ut aggrediamur, et nec moremur, nec numeremus Bissas alias, quae iam ex proposito supra appendices sunt neque legatum sicut non nisi ab herede, ita neque relinqui posse a legatario fideicommissario donatario causa mortis debitore etiam post rescriptum Divi Pii, herede heredis, et consequenter neque post mortem heredis. Denique neque a patre, vel domino, si eorum filius servusve instituti sint: fideicommissum autem recte ab

his

his singulis relinqui Ulp. tit. 24. § a legatario 29, et § post mortem 16, et tit. 25. § fideicommissum, 8, et § filio 10 Caius lib. 2. inst. tit. 1. § preterea vers.º item per legatarium, et vers.º quamvis, Paulus lib. 3. sententiarum tit. 6 § post mortem 5. prin.º inst. de singulis rebus, § post mortem 35. inst.ª h. tit.º l. cum filio 11. l. si pecunia 77. de leg. 1. d. l. Seia 11. de dote prelegata, l. 4. 5. et 6. de leg. 3. l. scrupulosam 11. Cod. de contrahenda stipulatione l. unica Cod. ut actiones ab heredibus, succedunt aliae ex 1.º illa iuris stricti in legatis, et voluntatis, benignitatis q. in fideicommissis, rone pendentes diff.e; qualis octava est scilicet legatum ante heredis institutionem dari non potuisse, quamvis fideicommissum posset § ante heredis 34. inst. hoc tit.º l. ambiguitatis 24. Cod. de test.s Ulp. tit. 24. § 15. et tit. 25. § fideicommissum 8. tit. 1. § post mortem 20. cum segg., Paulus d. lib. 3. tit. 6. § ante 2: Nona est posthumo alieno relictum legatum inutile fuisse, non tamen fideicommissum, § posthumo 16. inst. h. tit. l. penult. de leg. 1. l. quidam 5. in fine cum l. 6. et 7. de rebus dubiis. Decima est legatum adimi debere eo modo, quo datum est et test.º aut codicillis test.º confirmatis Ulp. tit. 24. § legatum 29 l. si ita 14. § 1. de leg. 1. alioquin nuda voluntate legatum non adimit ipso iure, sed perdolli exceptionem l. 3. § ult.º l. ex pacto 22. de adimendis legatis prin.º inst.º de ademptione legatorum l. militis 36. § veteranus de test.º militis; fideicommissum autem sicut nuda voluntate etiam presumpta relinquit, ita et adimit ipso iure. l. si iure 18 de leg. 3. § ult.º de adimendis legatis. Secundum quam, quamvis legatum test.º datum, aut ipso iure adimi non debeat alio test.º adimi, l. heredes 21. § 1. qui test.ª facere possunt tamen per exceptionem etiam codicillis perimit l. siquis eum 16 de vulgari, item quamvis delectio legati consulto in test.º facta a testatore non perimat legatum ipso iure, sed per exceptionem, vel quia post consumationem test. delectum fuit l. 1. § sed consulto de his, que test.º debent, ubi ita post accursium Curacius supponit, et in l. legato 37. § 1. ad finem de leg. 1. vel q. voluntas adimendi, que ex delectione consulto facta colligitur non exprimit eo modo, quo legatum datum fuit nempe verbis, tamen aliud est ubi ante test.um perfectum expressis verbis legatum adimit ut in d. l. si ita § 1. de leg. 1.

Consentanee propositis consequentes sunt, nondum q. in hoc tractatu notae, aut notatae, ideo et breviter in numerum erunt referendae diff.e que sequuntur. q.b 1.º sit in legatis q.a post mortem heredis relicta non valent, si relinquantur in tempus in quo heres moriatur, tempus moriendi apud ICtos proprie, et subtiliter accipi pro extremo vitae momento, quod potius vitae, quam morti computatur, ideoq. et legatum substinetur, quasi vivente adhuc herede deberi incipiat non post mortem l. 1. § dies 2. l. heres 79 in prin.º et § 1. de condit. et demonst. l. 4. q.do dies legati cedat, l. Titio 55. de usufructu, Ulp. tit. 25 § post mortem 16. Paulus lib. 3. sentent. tit.º 6. § in mortis 6. quapropter si emancipato filio legatum sit cum pater morietur, q.a emancipatus conferre debet, quidquid moriente patre, et consequenter eo adhuc vivo non autem post mortem patris adquirit l. penult.ª de collat. bonorum, l. eadem 6. l. neq. emancipatis 25. Cod. eodem tit.º Ulp. tit.º 28 § emancipatis 4; et legatum moriente patre, ac proinde vivo eo conferre id cogitur l. 1. § si emancipato 56. de collat. bonorum at in fideicommissis cum post mortem etiam heredis valeant, si relinquantur cum heres morietur effectum potius, quam subtile ius intuemur, nec distinguimus tempus moriendi a momento 1.º post mortem l. fideicommissa 11. § si filio de leg. 3. iuncta l. qui duos 18 § 1. de manum. test.º Proinde cum heres per fideicommissum rogatus esset hereditatem restituere cum volet, et Scevola respondeat interim quamdiu scilicet vivit non esse heredem compellendum ad fideicommissum, Cladiusq. pro ratione apud Scevolam notet hoc interesse, post mortem enim utiq. credit datum l. uxorem 41. § Scevola de leg. 3. quamvis Emanuel de Acosta lib. 2. selectarum c.e ult.º n.º 9 notum Cladii parum subtilem esse contendat, q.a libertas voluntatis non post mortem eius sed moriente eo finit et consequenter tunc non post mortem fideicommissum deberi incipit l. ult.ª q.do dies legati cedat, l. ult.ª qui sine manumiss.e; ideoq. in ea specie fideicommissum a legato, q.d moriente heredi, et sic post mortem datum crederet non valeret non distinguit in l. fideicommissa 11. § hoc autem 6. de leg. 3. fame commissis tradditis a Sarmiento lib. 2. select. c.e 6. n.º 25, semper existimavi rectissimam Claudii notam esse: tum q.a in fideicommissis effectu attento non distinguimus tempus moriendi, et post mortem. Tum et maxime q.a Claudii nota est pro sententia Scevolae ab herede interim, quamdiu vivit non compellendo ad fideicommissum, cuius compulsionis respectu proprie dicitur fideicommissum post mortem datum sibiq.

N. 20

lex 11

lex 41.

id certe, et indubitate ut in l. vlt. 16. de rei vindicatione, q. quamuis ante morte, siue viuente herede deberi incipiat, tedatq. aut datum videat, respectu transmissionis d. l. fidei missa 11. §. hoc autem 6. cum nuper laudatis, exponendis non tamen nisi post morte certum deberi, ut compulsioni locus sit l. hereditarium 2. de rebus auctoritate Iudicis possid. quibus etiam conuenient si a patre herede instituto fideicommissum filio emancipato relictum sit cum pat. moritur et questionis sit an filius id fideicommissum conferre debeat, sicut legatum confert in d. l. 1. §. si emancipato 18. de collat. bonorum respondet in sequenti §. si ab ipso eiusdem legis, quoniam etsi sit quasi ut morte relictum intelligat, utile est hoc fideicommissum non conferri: qui in eo efectum mentem testatoris potius quam strictam subtilitatem, sequimur idemq. perinde accipimus, ac si post mortem patris relictum esset arguto ex d. l. fideicommissa 11. § si filio 10. Docet Cuiacius in d. l. 1. § si emancipato, et lib. 3. obseruationum c. 34.

1121 Duodecima diffa. sit legatum, q. non nisi ab herede, ideo neq. relinqui posse a filio exheredato, quamuis eidem pat. legauerit, neq. substituto filij, q. non plus iuris in eum pater habere debet, quam in filium cui substituit l. qui fundum 87. § qui filios 2. vers. neq. huic contraria l. in ratione 11. § vlt. ad l. falcidiam l. similes 1. § similes 3. de test. militis l. ab exheredati 126 de leg. 1. l. vlt. de legatis 3. fideicommitti autem ab vtroq. posse vsq. ad quantitatem filio relictam l. coheredi 41 § qui sine herede vers. et ideo de vulgari. hodie autem ea diffa sublata, neq. legatum, neq. fideicommissum a substituto exheredati relictum valet l. cum quidam 24. cod. h. tt. l. quidam 31. cod. de fideicommisso. Decima tertia sit legatum nullum vniuersale esse: q. non legat vniuersitas bonorum, hereditas vel eiusdem res singularis, aut bonorum hereditatisque pars, q. legatum partitionis vocat, § sed q. heredis § vlt. Teophilus inst. de fideicomm. heredit. l. nomen 164. § partitionis de V. S. vlp. tit. 24. § sicut. quamuis a princ. de hoc legati genere admittendo dubitaret ex regula legis quedam 9 § 1. eodem lo l. si hereditatem 32. mandati, postea tamen receptum fuit utilitatis cau., et auctoritate iurisconsultorum l. mulier 22. § vlt. vers. legari ad S. C. Trebell. l. si quis bonorum 23. de leg. 1. sic tamen etiam in legato partis hereditatis, legatarius ut pote non heres, neq. vniuersalis, sed singularis successor non ipso iure obligationibus hereditarijs pro parte sibi legata adstringit, sed interpositis cautionibus, et stipulat. quibus pro ea parte obligationes hereditarias suscipit, et indemnitatem heredi promittit d. § sed q. heredes § cum seqq. inst. de fideicommiss. heredit. Secundum quae illas diffas int. legatum hereditatis, et partis bonorum propositas in l. si quis seruum 8. § vlt. cum seq. de leg. 2. accipit docte Valencia lib. 3. illustrium tract. 1. ad hunc tit. c. n. 14. et 26 cum seqq. et preter laudat. ab eo et Illegero ad Bonellum lib 8. c. 11. litt. S. et c. 19 litt. B. videndus Balduinus in scholijs pagina mihi 246 Marcus Ant. Muretus obseruationum iuris c. 13. Schifordequerus lib. ad fabrum tract. 27. q. 7. et seq. Fachineus lib. 5. controuersiarum c. 13. Nicol. Larrea tom. decisionum granatensium 40 n. 40. ex contrario fideicommissum suo iure, naturaq. cum non nisi ex voluntate relinquentis pendeat, tam singularum rerum, quam vniuersitatis bonorum, partis vel etiam denique et totius hereditatis esse potest, ut constat ex tit. inst. de fideicommiss. heredit. et de singulis rebus per fideicommissum relictis, et in fideicommissarium totius hereditatis, partis vel etiam ex S. C. to Trebelliano actiones utiles hereditariae ipso iure transferunt § restituta inst. fideicomm. hered. l. vbi pure 19 § 1. l. sita tamen 27. § Trebellianum 8. ad S. C. Trebell. Decima quinta diffa est legata iure iuditio que ordinario apud iudicem specialiter datum, et actio in formula petita debuisse peti vlp. tit. 25. § fideicommissa 12. l. si q. ex Pamphila 73. de leg. 2; fideicommissum autem extraordinaria persecutione, et cognitione ipsorum Magistratuum l. pecuniae 178. § persecutionis de V. S. l. Titiae 35. de auro, et argento legato.

1122 Postrema, ut etiam diffas, quibus fideicommissa a precipuis legatorum generibus specialiter distinguunt superioribus connumeremus Decima sexta diffa. sit per vindicationem et preceptionem non potuisse legari nisi testatoris proprias ex iure quiritum tempore test., et mortis vlp. tit. 24. §. per vindicationem 7. et §. per preceptionem 11. cum laudatis supra n.o 18., at per sinendi modum res heredis, et per damnationem etiam res alienas legari, et per fideicommissum relinquere licuisse vlp. d. tit. 24. § per damnationem 3. cum seq. et sinendi 7. quam expl. in l. hereditatum, alias l. computationi 68. § vlt. ad leg. Falcidiam

falcidia, verum heres ostenderet rem legatam non esse hereditariam. Sed ipsa Iustus dubitet, quod iudicat esse hereditariam, verius sit Iustus loquitur cuiusquod falcidiam posse retineri, idest non tantum debere bona vicissime, ad quam tex ille pertinet, ut ex epigrafe apparet, quia quod heredes ex legatis retinebant ut fisco solverent, sed etiam retentionem falcidiae heredi negari, quasi id egerit ut legatum intercideret argo ex l. 24. l. beneficia 59 ad l. falcidiam l. rescriptum 6. de his quae ut indignis; iam pridem credidi supponendum ut dubitatio procedat rem ibi legatam fuisse per vindicationem, sine aliqua ipsius testato ipsius si per damnationem legata esset non censeret heres, negare rem esse hereditariam legati evertendi causa: quia praeter quod ipsa negatione obligaret inductus §. ex quibusdam inst. de obligationibus quae ex quasi delicto, ex contractu esset inepta separatio inficiationis cum substractione: quia inficiando etiam si non diceret rem esse hereditariam non ideo legatum damnationis intercideret, substrahendo autem si deeo non obstet legatum tamquam re non extante evanesceret, contrario autem de legato damnationis accipiendi sunt tex in l. alienum 61. in fine ad l. falcidiam cum Cuiacio lib 14. observat. c. 36 tex in Selectum in pomponius 13. § Sed et legatario in fine de adquirenda possessione cum eodem Cuiacio lib 25. observat. c. 33 cum adiecto rem alienam ind. §. Sed et legatario vere legari dici, cum per damnationem legaret; alterum legatum valere de utilitate quo quo sensu apud Ulpianum d. tt. 24. § per praeceptionem 11. optimo iure legari per damnationem dicit, et in novella Martiani de titulis deciorum, vere voluntates testantium probabiles legitimis quod Denique etiam ad legatum damnationis pertinet tex in l. cum vero 26 § ult. de fideicommiss. libert. ubi ignoratione huius principii fluctuant Accursius, et Albericus.

Decima Septima differentia, et superioris veluti sequella in res futuras, quod sicut in rerum natura nondum sunt, ita nec in testantis dominio esse, neque statim semper ve a morte vindicari a legatario possunt, non potuisse legari per vindicationem, sed vel per damnationem, vel per fideicommissum relinqui Caius lib 2. tt. 5. § ceterum 4. Ulp. tt. 25. § res per fideicommissarium 5. et ideo ex lege quod vestales per damnationem legare ponunt l. quod in rerum 24. ubi Cuiacius de leg. 1. l. 1. § ult. de odict. et de monst. l. legat. 17. § 1. de annuis legatis l. ex eo 14. de tritico, vino, vel oleo legato. qua etiam ratione dubitatum olim fuit an res incorporales, et iura veluti liberationis, et servitutis, quod antequam in legatarium transferantur non sunt in rerum natura possent per vindicationem legari, ideo per sinendi modum relinqui solere inspiciunt Paulus perperam a Cuiacio emendatus lib 3. sententiarum tt. 6. § sinendi 11. vel per damnationem, § tam autem 21. in fine inst. h. tt. l. potest 16 immunia praediorum postea tamen obtinuit, ut per vindicationem etiam legaret liberatio, quasi res iuris consideratione iam existens l. 3. ibi: iam certum est de liberatione legata iuncta l. si sic 75. § 1. vers. quod si adiderit de leg. 1. et servitutes ammittantur l. 3. l. ult. de servitute legata, quamvis dubitet Fab. in l. potest 16 § communia praediorum.

Decima Octava differentia est duarum praecedentium ratio, et veluti firmamentum in legatis vindicationis, et praeceptionis ex vi, et verbis legati in legatarium directis, quibus vindicare, aut praecipere legatum iubet, dominium rei legatae numquam heredis factum transire intelligi recta via a morte testatoris in legatarium etiam ignorante ipso iure, et ex legis authoritate sine traditione heredis, tamen revocabiliter, quamdiu legatum non agnoscit, Ulp. tt. 19 § lege 17 l. d. fitio 64. de furtis l. cum pater 77. § surdo 3. l. legatum 80 de leg. 2. l. sed si damnum, § sed et creditor 5. de peculio cum similibus l. 34. tt. 14. partita 3. sub conditione scilicet tacita, et veluti supposita legatarii agnitione, postea secuta et hereditatis aditione, et ius quod retrotractione iuris intellectu ad tempus mortis quo respectu legati adquisitio incipere dicitur; vel agnitione legatarii ~~hereditatis l. Servum 4. § 1. l. Servo 69.~~ l. si quis 3. de conditionibus institutionum vel aditione hereditatis. l. Servum 44. § 1. l. Servo 69, l. si tibi 86 § 1. de leg. 1. l. perinde 8. de reb. creditis l. quod 15 de rebus dubiis, cum qua tamen aditione simul retrotrahitur legati adquisitio ad tempus mortis d. l. legatum 80 in princ. de leg. 2. iuncta l. heres 54. de adquirenda hereditate; ea quamquam certior iure incerta, controversa quod et receptior sententia est, quam memoremur pluribus non affirmamus a legatis damnationis, et sinendi et fideicommissis sine facto, aut traditione, eius qui dare, aut sinere damnatus, rogatus ve est non dominium Caius lib 2. tt. 5. § vindicationis, et § ceteris 4 Paulus lib 3. sentent. 4. 6, § ususfructus 17. d. l. cum vero 26 § ult. de fideicommiss. libert. l. sed cum personalis ex

tto

ttt.º actio ipso iure adquirit legatario, vel fideicomissario ignoranti l. ult.ª cod. q. dies legati cedat
si afirioso 24. vers.º ideoq. de 0, et d. l. filius 16. § 1. in fine qui ttt.ª facere possunt iuncta
int.pretatione fabri lib. 8. dicturarum c.º 29 Illigerus ad Bonellum lib. 8. c.º 18 litt. A.
Decima nona

n. 25. differentia e legatario vindicationis competere vindicationem rei legatæ, sive actionem in rem tanquam do-
mino, et actionem personalem ex ttt.º ff. quasi contractu heredis cum legatarijs, l. cum filius 76 § va-
rijs 8. de leg. 2. l. huiusmodi 84. § ult.º cum lege seq.ti l. si servus 108. § cum homo 2. de legatis l.
l. qf. legat. 38 de iudicijs l. 3. cod. h. ttt.º legatario autem damnationis ex ttt.º l. 1. cod. communia de
legatis, eadem q. extra ordinem exercenda, et ideo persecutionem vocatam fideicomissario, cum remedio mi-
ssionis in rem d. l. filius 26 § 1. d. l. ult.ª cod. q. dies legati cedat, d. l. 1. et 3. § sed q.ª cod. communia de leg. l. fi-
lius 88. § 10. de leg. 2. l. si rei 20. de leg. 3. Paulus lib. 4. sentent. tt.º 1. § heres, et § penult.º, et ult.º no-
vella 39 de restitutionibus = Vigessima differentia e legatario vindicationis ipso iure, et ex auctorita-
te l. duodecim tab. adquiri dominium legitimum, civile, seu quiritarium, sicut heredi post aditionem
d. l. legatum 80. de leg. 2. iunct. l. si quis mihi 25. § sed, q. si mandavit ubi cumanus n.º 15. de ad-
hereditate Ulp. tt.º 19 lege, Marco Varrone lib. 2. de re rustica c.º 10 Cicero in topicis, et in oratio-
ne pro domo sua: in fideicomissis autem, ut pote iuris gentium, non nisi iuris gentium dominium seu
bonitarium l. si quis usumfructum 29 de usufructo legato, l. 5. si usufructus petatur l. facta 63. ad S.C.
Trebell. l. Cremnius 42. de usuris: quas ita exponunt, et opponunt Goveanus lib. 1. var. c.º 5 et post
Cuiacium, fabrum, qui d.ª plures, Schifordeguerus lib. 3. tract. 24. q.e 1. et seq.ti noster Suarez lib. 1. ad leg.
Aquiliam c.º 5. sect.e 2. n.º 22. et seq.ti et consentit fere Pinelus lib. [illegible] p.te 3. n.º 11. cod. de bonis maternis.
Est et alia

n. 26. minus vulgata, et oppositis proxima differentia si Ant. Fab. credimus lib. 7. coniect. c.º 1. et 2. affirmanti
interdictum q. legatorum, quatenus heredi competat pro adipiscenda poss.e rei per damnationem, vel fideicomis-
sum relictæ, quam legatarius damnationis, vel fideicomisarius, sine voluntate heredis occupavit l. 1. §
1. et toto tt.º ff. q. legatorum non tamen competere contra legatarium vindicationis, quoniam hic res legatas ut Caius
scribit lib. 2. tt.º 5. § vindicationis 2. post mortem testatoris, statim non expectato herede sibi presumit,
quam si presumpserit, neque pro presumpto legato, ab herede potest calumniam sustinere, proinde non
teneri interdicto q. legatorum, q.ª calumniose heres repeteret possessionem, quam legatarius suo iure ex
verbis legati vindicationis occupavit, quemadmodum et hodie quoties testator tacite, aut expresse lega-
tario ut rem legatam occuparet permittit cessare interdictum q. legatorum, argo ex l. Titia 34. § 1. de leg.
2. docent post Bartolum in l. centuria 15. n.º 16 de vulgari Ripa in l. 1. n.º 9. q. legatorum, Meno-
chius de adipiscenda remedio 2. n.º 45. Preyra et Sarmiento in d. l. Titia 34. § 1. de verò tamen
mem omnino contraria e sententia differentiam hanc non agnoscens, quam insinuat Donellus lib. 9 com.
c.º 9, sequitur post multos Menochius d. remedio 2. n.º 34. nempe ut etiam in legatis per vindicationem
sicut in alijs omnibus, et fideicomissis interdictum q. legatorum competere, idque in primis probat ex d. l. 1. §
qui vero q. legatorum, ubi etiam in legato preceptionis uni ex heredibus relicto locus e interdicto q. lega-
torum, pro ea p.te quam heres iure legati habet, et tamen constat legata per preceptionem, et vindicationem
eiusdem prorsus naturæ fuisse ex Ulpiano tt.º 24. § per preceptionem, et agnoscit fab. d. lib. 6 coniect. c.º 1.
quamvis contextum d.i §.i qui vero a Triboniano corruptum afirmet. Deinde hoc colligit ex l. 2. q. lega-
torum, ubi supposito competere interdictum, q. legatorum, etiam pro eo legato, in quo pars collegatario accrevit
et consequenter in quo ius accrescendi non autem in legato damnationis, et fideicomisso teste Ulpiano
tt.º 24. § si duobus 12. cum § seq.ti Caio lib. 2. tt.º 5. § in t.º 5. et 6, ut exponemus iam ad l. g. re coniunc-
89 de leg. 3. Neque fabro favet Caius in d. §. vindicationis, cuius alia omnino mens e scilicet, ut le-
gatarius vindicationis, qui rem sibi legatam non expectato herede presumit, non debeat sustinere comminem
calumniam ab herede, nempe eo pretextu, quasi rem hereditariam subtraxerit, ideoque legatum amise-
rit ex regula legis non dubium 5. cod. de legibus l. Paulus 48. ad S.C. Trebell. illa enim regula cessat contra
legatarium vindicationis: q.ª rem legatam occupando non hereditariam subtrahit, sed propriam presumit, cu-
ius ipso iure post mortem testantis e regula autem detinet contra legatarium damnationis, et fideicomi-
ssarium, quibus relictæ res manent hereditariæ, et dominium heredis, antequam ab herede eis tradantur
ut diximus n.º 24. eaque vera, neque vulgata. Vigessima 1.ª differentia e neque tamen pro fabro movet [illegible]

tentia Bartolus in d. l. centurio 15. n.° 16, nam argutum quo ea nititur, ex d. l. Titia 34. § 1. de leg. 2. ad rem non pertinet, idcircoque et communior contraria opinio est ex traditis a Riccio in d. l. centurio n.° 69 Menochio de remedio 2. n.° 49.

nu 11 Enim vero Primarie huic disputationi et suppositae in principio huius Capitis assertioni de solido singulis prima facie assignato, et partibus concursu faciendis iureque acrescendi aut non decrescendi diversis respective inter re coniunctos recepto, succedit inexcusabilis inspectio an illud ius acrescendi aut non decrescendi et concursus ad eandem rem inter re coniunctos semper observat, an potius aliquando et quatenus uni res et alteri stimatio danda sit quod ut inteligat, et in lucem gratiaque ceteris iurisprudentiae supponimus in primis insignem in hanc rem differentiam, huius inter legata vindicationis et damnationis quibus eadem res duobus separatim relicta erat, namque in legatis vindicationis censebantur re coniuncti in proposita specie ita ut concursu partes facerent et uno deficiente alter totum iure acrescendi nancisceret sive iure non decrescendi retineret Scaevola in verbum l. 3 de usufructu acrescendo § si eadem res inst. hoc tit. at in legatis damnationis neque erant re coniuncti, neque tales in eandem rem concurrebant, sed unus rem alter stimationem consequebatur auctore Caio lib. 2 instit. tit. § § inter 6 et § ult. Ulpiano tit 24 de legatis § si duobus 12 cum § sequenti in fine ubi Cujatius eandemque differentiam insinuat Iustinianus in dic. l. unica § ubi autem 11 vers. sin autem disiunctim Cod. de caducis tollendis, et iuxta eandem de legato damnationis loquitur explicanderque et Tutianus in lib. quocumque 82 § qui Gaium § ff de leg. 1 Pomponius in l. qui duos 13 § ult. ff de leg. 2 ubi legatum damnationis fuisset consentaneum quia legatum fuit nominis sive actionis iurisque incorporalis quod plerumque per damnationem relinquebatur ut in dic. l. qui duos 13 in principio l. nomen 31 ff de leg. 3 iunctis his quae in hac re tradidimus ad l. 1 a nu. 24 in fine ff de leg. 1 agnoscunt et illustrant hanc differentiam Duarenus de iure acrescendi lib. 1 Cap. 7 Goveanus de iure acrescendi nu 11 Hotomannus in epitome ad tit de usufructu acrescendo nu 12 et illustrium quest. 44 et lib. 6 observat Cap. 12 Donelus lib. 8 coment. in l. quidam § § ult. ff de rebus dubiis. Faber lib. 6 coniect. Cap. 29 et in l. unica § his ita definitis C. de cad. tollendis et alibi saepe, Gignarius Barr. in § si eadem res inst. hoc tit. Belonus de iure acrescendi Cap. 5 quest. 12 nu 37 qui omnes et in fideicomissis eiusdem rei duobus separatim relictis idem ius stimationis rei solidae uni, et stimationis alteri fuisse consent, ut in legatis damnationis quibus potius quam vindicationis fideicomissa similia fuerunt ut constat ex notatis ad l. 1 a de leg. 1 nu 22 et sequentibus dictae autem propositae ratio ex eadem deducitur nam in legatis damnationis et fideicomissis testatoris verba dirigunt ad heredem eumque diversis orationibus eandem rem in solidum duobus dare damnat oneratque quo casu eiusdem rei utrique dominium in solidum adquiri ius non patiatur l. si ut certo § ult. ff comodati

necesse habet heres ex testatoris

Ut testatoris voluntati qua oneratus qualiter potest obtemperet alteri rem prestare, et alteri stimationem que rei vice fungatur l. quis 39 ff de usufructu. tum etiam quia cum per damnationem aut fideicomissum pleruque res alienas relinquerent ut notavimus in dic. l. i nu 22 et in legato rei alienae quoties res ipsa prestari non potest, estimatio legatario debeatur l. non dubium 14 § ult ff de leg. l. alienus 61 ff ad leg. falcidiam testator per damnationem ob fideicomissum eandem rem duobus relinquens cum utrique in solidum prestari impossibile, et res pecxisse censetur ad exitum, sive efectum relicti rei alienae, et voluisse ut cui res dari non possit, estimatio eius prestaret, quorum tamen utrumque in legatis vindicationis diversum est quia nec eorum verba ad heredem conferunt, et proinde onerandus non est, ut uni rem alteri stimationem prestet, nec res aliena eo genere legati relinquit, sed testatoris propiam cuius dominium non stimatio transferri solet, l. legatus 80 de leg 2 atque ita necesario illud superest ut in rem ipsam concurrant legatarii, et quia in solidum eam habere uterque non potest, habeat partes concursu. nu 22.

Sed omittunt primo aspectu non leviter huic differentie si recte expendantur consulti in l. duos 14 ibi *si testator utrumque solidum habere voluit* ff de usufructu legato l. si res 20 ibi *non comunicandi animo sed utrique in solidum* ff de leg 3 dic l. qui duos 13 § ult ibi *duos in solidum* ff de leg 2 quibus locis signanter insinuatur re duobus separatim relictas rem uni, alteri stimationem dari oportere non aliter, sive non, nisi quo casus quo ita defunctum voluisse constiterit etiam in legatis damnationis et fideicomissis, quod non regulariter et ex eorum regulis rationeque supra exposita, cui difficultati sic ocurrens Cujatius in dic l. si pluribus 33 ff de leg i et in dic l. § his ita l. C de Caduc. tollendis respondet tribonianum in dictis locis adiecisse illa verba, que lineis subsegravimus ut in iurisconsultorum responsa veterique ius adaptaret, testamini constitutioni nove in d. l. unica § ibi autem 11 vers sin autem disiunctim, post antiquas diferentias legatorum vindicationis, et damnationis, ac fideicomissorum sublata in omnibus: etiam damnationis legatis, et fideicomissis non licet uni rem, alteri stimationem exigere nisi hoc ipsum testator apertissime, expresseque disposuerit d. § ibi autem 11 vers hoc autem ita ad quem respiciunt, et triboniani stilum redolent, similiter verba in dic l. si pluribus 33 vers scilicet nisi usque ad finem vers ff de leg i ubi et ita agnovit Antonius faber lib. 6 conject. cap. i, itemque in l. filiusfa. n 114 § ult ibi *pluribus tamen separatim ita relictis ut unusquisque in solidum capiat* ff de leg i hinc ea etiam verba triboniano adscrivit Cujatius in dic leg. duobus 14 ff de usufructu legato, sed quamvis non tam religiosum quam vulgariter superstitiosum, et bona fide sit adiectiones triboniani in iureconsultis agnoverit, etiam ubi ius vetus ad consonantiam novi redigere voluit debuitque ille ex precepto iustiniani in l. 2 § sed hoc studium iureconsultis C de veteri iure enucleando; tamen in superioribus locis signata verba etiam ex manus et mente iureconsultorum defendi possunt, si observemus in primis in plerisque ex his locis non exprimi fuisse legatum damnationis ut in dic l. si pluribus 33 dic l. qui duos 13 § ult, aut non de illo vel de fideicomisso solo tractari, sed etiam simul generaliterque de legatis ut in dic l. filiusfa 114 § ult l. si res 70 unde eficitur ut quamvis in legatis damnationis et fideicomissis, suo iure et natura daret uni rei petitio, altori estimationis, neque in hac re esset necessaria expresio voluntatis defuncti, tamen eam requirunt iureconsulti in dic locis; quia vel

-48

de legatis simpliciter, vel saltim simul cum fideicommissis tractabant de legatis quo nomine comprehendebant etiam legata vindicationis in quibus non permittebatur illa rei estimationis petitio, nisi in solidum utrumque se relinquere testator expressisset.

nu 13. Sane cum expositio hec convenire non possit dictae legi duos 14 ff de usufructu legato ubi de solo legato damnationis questio est tamen Celsus rei et estimationis petitionem non aliter admittit quam si testator utrumque solidum habere voluit; observandum potius quod ad eam rem pertinet nove forsitan est, Celsum ibi non proponere separatis sive diversis orationibus usufructum relictum duobus esse, sed damnatum fuisse heredem ut sineret duos separatim uti frui ut exprimunt prima illa verba duos separatim uti frui sinere damnatus heres ubi vox separatim cum non iungatur verbo damnatus; sed verbis uti frui non probat damnationem heredis separatis orationibus factam, sed potius usumfructum ipsum ita relictum fuisse duobus, ut uterentur fruerentque separatim idque ipsum confirmant verba que sequuntur ibi communiter uti frui passus est ubi illud communiter et uti frui ponitur sive sibi ex adverso respondet quod praeserat separatim uti frui et proinde utrumque non ad separationem in damnando, sed in fruendo refertur. itaque in primis suposito duo adiicimus primum illud separatim uti frui potius se non uno sensu dici, et intelligi vel separatim respectu temporis id est ita ut separatim seu diversis temporibus fruerent, veluti alternis annis, mensibus, diebus, lege 2 ff quibus modis usufructus amittatur, vel separatim respectu partium, vel cuius usufructus relinquitur, ita ut separatas sive diversas partes usufructus haberent l[ege] penult[ima] ff de usufructu accrescendo vel denique separatim respectu solidi, sine concursu alterius unicuique assignati ita ut uterque separatim, sive per se in solidum fruatur tamquam si solus fructuarius esset, sine concursu alterius in parte aut temporis. Secundum quia quod adiicimus in dicta lege duos 14 legatum quod separatis orationibus relictum fuisset ibi non proponitur ut iam diximus, si proponatur relictum fuisse duobus coniuncta oratione non potuisse ex iure et regulis legati damnationis de quo ibi singulos legatarios petere solidum, quin potius a principio vocari ad partes adeo ut nec ius acrescendi inter se haberent, et multo minus ius exigendae rei, et estimationis teste Ulpiano dicto tit 29 § 11 per damnationem de quo at suo loco plenius dicemus ex quibus singulis iudicium apparet ideo Celsum in dicta lege duos 14 in usufructu duobus per damnationem legato ut heres utrique ex testo teneret ad estimationem partis usufructus que propter concursum collegatarii utrique deest, requirere ut testator utrique solidum prestari voluerit, tumque non proponebatur separatis orationibus heredem damnatum fuisse, quo solo casu obtinuit ius illud petitionis rei et estimationis etsi coniunctim damnatus esset haberent potius a principio partes ipsius usufructus sine iure acrescendi, aut petendae estimationis, nisi constaret testatorem voluisse solidum utrique relinquere, nedum quod illa verba separatim uti frui non omnino evincebant voluisse ut in solidum uterque frueret cum et admittant sensum fruendi cum separatione partium aut temporis ut prenotavimus.

nu 14 Hanc interpretationem sententiae Celsi ex libro

Iru propositio in dic. l. Duos eq impugnant quidem prima facie, sed si introspiciat illustrat
et ex ea illustratur alia eiusd. ex eod. libro, sent.a Relata ab Ulpiano dic. leg. § interdum
ff de usufructu accrescendo, ubi in ea specie in qua ut ibi scriptum est mihi fundi usus fructus
separatim totius, et tibi similiter fuerit Relictus Ulpianus Refert Celsum lib 18 ffrum scribere
concursu partes non habituros, sicut in propietate similiter legata, et consequenter non lice
re unicuique stimationem usufructus partis illius quam propter collegatarium non habet, ex
testo ab herede petere, quamvis voluntas solidum utrique Relinquendi videatur, dum singu
lis reliquisse presupponitur separatim usufructum fundi totius sicut et cum proponitur le
gasse utrique in solidum dic. l. qui duos eq § ult. ff de leg 2 in quo propia, et nondum
fortasse expensa, aut exposita alis sent.a in dic. § interdum et in dic. l. duos eq repug
nantia, cui tamen explicanda precium opera erit animadvertere diffas quibus spe
cies, sententiaque dic. § interdum et dic. legis duos eq eiusdem libri et a ceteris inter distin
guntur. Prima observata a Cujatio in dic. l. duos eq et lib 35 ffrum Iuliani in dic. leg. § in
terdum est in dic. l. eq tractari de legato damnationis ut patet, at in dic. § interdum de
legato vindicationis, ut in propietate qua usus fructus ibi confertur comparatur quod cons
tat ex verbis illis non ut propietas eo, de tempore quo vindicat, et evinco, confir. eq
ex eo: quia ius illud de partibus per concursum, et iure accrescendi in illa specie obtinere di
citur, ita ut non intersit sive non referret coniunctim an separatim relinquat ut scriptum
est in dic. § interdum, quod falsum esset si non per vindicationem relictum fuisset, sed coniunc
tim per damnationem, quia tunc nec partibus per concursum, nec iuri accrescendi
locus foret ut supra diximus ex Ulpiano dic. tit 24 § si per damnationem eq. Secun
da diffa est in dic. l. duos eq non propon. legatum separatim Relictum, verbumque se
paratim potius ad separationem fructuum, quam legandi Referri ut supra exposui
mus e contrario in dic. § interdum, a principio proponit usufructum separatis ora
tionibus, et consensu separatim legatum duobus fuisse, quamvis in extremo affir
mat idem ius esse etiam si coniunctim Relinquat, tertia denique ex prioribus
pendens et quae dificultatem explicat diffa est in dic. l. duos eq petitionem usufruc
tus et stimationis ca heredem concedi eo casu quo testator utrique legatarium
habere solidum voluit atque ita voluisset legatarii et ostenderent quibus incum
bit probatio l. Iulianus eq § 1 in fine ff de manumissis testo, in legato damna
tionis in quo ex ea testatoris voluntate solidi utrique Relinquendi facilior he
redis onerandi et presumptio est: quia cum legati verba ad heredem conferant
isque duobus dare damnet etiam si non separatis orationibus, si tamen utrique in soli
dum prestare testator voluit necesse habet heres ut voluntatem testatoris a
quo damnatus onerabusque est impleat qualiter possint unire et alteri estima
tionem prestare arguto ex l. quid. q 53 § si quis duos ff de leg. 1 eoque respicit in dic
l. duos eq illa Ratio propia legati damnationis non ipsius onus est et in solidum
singulis legatum prestaret, at in dic. § interdum non proponit, Respondetque eo casu quo
testatorem utrique in solidum dari voluisse constat et in verbis illis fundi usufructus sepa
ratim totiens vox illa totius adicit neque ex vario sensu verbi separatim aliquis
intelligeret separatas a principio partes singulis assignatas fuisse ut in dic. l. penult.
ff de usufru. accrescendo, sed indefinite fundi usufructum singulis Relictum fuisse intel
gamus et proinde non Recte ex eo verbo produceret testatorem voluisse utrique concu
rrentem habere totum maxime in legato vindicationis de quo in dic. § interdum
cuius verba cum in heredem non conferant non facile onerandus heres est unire, et alteri
stimationem prestare nisi manifestissima testatoris voluntas sit ut solidum uterque accipiens
ut scriptum est in dic. l. si pluribus 33 in fine ff de leg. 1.

Nu 15 Preterea ut progrediamur ad veteris iuris partem ibi expositam de legatorum damnationis uno ad Rem alio ad Stimationem separatim vocatis, et proinde non inter se de rem concurrentibus nec quo ad accrescendi ius re coniunctis de his non dis- milis frequensque hodie iuris nostri questio de his qui diversis orationibus ad eandem Rem, summam seu quantitatem vocant, an scilicet re coniuncti sint, in qua questione distinguendi duo casus breviter sunt primus est, quoties certam su- mma uni relicta, postea eadem alijs relinquit, verbisve legatis sive relative con- ceptis ad summam priori relictam, veluti titio mille do, lego, sempronio eadem mille do, lego, quo casu certum est legatarios esse re coniunctos, et in eandem rem sive summam priori relictam concursuros, quia relatio illa eadem et quecumque alia similis efficit ut non multiplicata in singulis, sed eadem in qua concurrant summa, partesque habeant adsignata videatur ut arguto ex le iulianus 13 ff de heredibus instituendis le triplici 112 § ult ff de V.S. le mevio 41 de leg 2 § 11 eadem res instit hoc tit notant post alios in presenti alciatus nu 11 Fernandez nu 12 post Plures Belonus di iure accrescendi cap 5 quest 5 concludit optime ad rem tex in princip instit de Duobus Reis. Celebrior casus est quoties sine relatione aliqua ad prius legatum diversis orationibus eadem quantitas du- obus relinquitur veluti titio decem do lego, sempronio decem do lego, quo casu in dubia re, et quando aliter sensisse testatorem non constat certius, re- ceptiusque est censeri quantitatem multiplicatam, et unumquemque ex legatarijs summam sibi relictam in solidum exigere posse, etiam si alter prior exege- rit, et proinde non esse re coniunctos que senta in primis probat in le quin- quaginta 12 ff de probationibus iuncta le plane 34 § 11 eadem cum sequentibus ff de leg 1, ex quibus ita Bartolus in presenti nu 7 argumentatur, ut quemadmo- dum ex diversitate scripturarum quibus eadem summa relinquitur presumitur multiplicatio summe etiam in uno legatario dic le quinquaginta 12 § etiam [illegible] 14 cum sequenti iunctis traditis a Cujatio lib 19 observat ita et multo magis presumatur multiplicatio summe ex diversitate legatariorum quibus separatim relinquitur quamvis in eadem scriptura, cum facilior sit ea presumptio in diver- sis personis quam in una arguto ex le omnes 17 cum sequenti ff de oblig et act le huiusmodi 84 § 11 sempronius 2 de leg 1 eadem senta fulcit ex le si pluribus 44 § de leg 2 ubi ex pluralitate heredum a quibus separatim eadem quantitas relinqui- presumit multiplicatio summe in uno legatario et constanter presumit etiam ex pluralitate legatariorum quibus separatim relinquit quamvis ab uno herede qua argumentatione simulque probat confirmat propriis terris in le quidam 53 § 11 quis duos ff de leg 1. Tertio denique et suadet exemplo stipulationum in quibus si duo separatis interrogationibus in eandem summam stipulent, censentur singuli diversa stipulari eademque integram tanquam in singulis multiplica- tam etiam si unus in solidum exegerit potest secundus exigere, q. non duo Rei sunt eiusdem summe nisi posteriori interrogationi adiecta sit relati dictio eadem dic princip instit de Duobus Reis tex in le 28 § si ipsi ff de stipulat servorum Docet ita his rationibus in posteriori hoc casu questionis nostre post Bartolum nu 7 Iason nu 57 Polites nu 68 Crotus nu 22 et alii in presenti Duarenus lib 1 de iure accrescendi cap 7 et preter laudatos a Belono dic quest 5 nu 20 et 33 Conanus lib 7 coment cap 4 nu 10 Cujatius in le si stipulatio 38 § in stipulationibus ff de V.O. qui et hoc ipsum dicit mul- tiplicationis quantitatis admittunt quoties in singulis legatarijs quantitas exprimitur et consequenter bis exprimitur, quamvis in unica, et coniuncta oratione veluti titio decem et sempronio decem Do, lego, ~~~

Sed [illegible] fortiter hanc sententiam [illegible] in [illegible] hac [illegible] ex parte [illegible]
in l. stipulatio 38 § cum qui 17 ff de V.O. ubi [illegible] cum qui sibi stipulatus sit mihi decem, et Titio decem
creundem esse eadem decem deberi, et stipulari utrique non alia decem sibi, et alia Titio, et consequenter
etiam si eadem summa bis in eadem stipulatione et circa diversas personas exprimatur non inducit,
aut presumitur multiplicationem, et proinde neque in legatis, ad quae de stipulationibus regulariter
valet argumentum l. usufructu § ff de instructo legato l. cum servus 39 § 1 vers ipsius ff de legatis
sane in hac re explicanda omittimus in primis solutionem Bartoli in presenti num 7 Jasonis num 10
et aliorum in dic l. stipulatio 38 § cum qui affirmantium ibi in promissoris responsione, semel dumtaxat
decem expressa, id enim ut divinatorium in primis, deinde ut inverisimile quod responsio pro
missoris etiam simplex censetur facta iuxta interrogata § preterea § instit de inutilibus.
Denique ut repugnans sententiae Ulpiani in dic § cum qui, ubi ex verbis interrogationis, sive stipulatio
nis petit nulla habita responsionis ratione, mentioneve, improbant merito Politus in presenti
num 5: omittimus et aliam distinctionem inter stipulationes in quibus multiplicationem non pre
sumi, quia stricte ac plerumque contra stipulatorem interpretandae dic l. stipulatio 38 § in stipulatio
nibus 18 l. quidquid 99 ff de V.O. et inter legata in quibus eadem presumi quia benignius [illegible]
interpretamur l. in testis 12 ff de [illegible] docent ita distinguentes Ioannes de Immola in tertia
repetitione 77 ubi et Jason num 5 ff de legatis 1° Rina num 28 Politus num 8 in presenti, Alexander in dic l. sti
pulatio 38 § in stipulationibus num 4 post alios Mantica de Coniecturis ult. volunt. lib 7 tit 2 num 27
Stephanus Gratianus Disceptationum forensium 1° tomo cap 7 num 19 et 30 repugnant enim huic
distinctioni et in hac ipsa re et tractatu de presumptione duplicationis quantitatis, argumen
tantur ab stipulationibus ad legata Iulianus in l. eum qui 56 ff de V.O iuncta l. si quis testo 19 ff de
legatis et preterea etiam in stipulationibus nisi relativa dictio eam adiiciat ex diversitate in
terrogationis et repetitione summae in diversis personis stipulatoris multiplicatio [illegible] summae, [illegible]
dic princip instit de duobus reis.

Quare et explosa etiam ne dum omissa emendatione quam
post Erasmum probant Corrasius dic § cum qui Balduinus in § 4 si quis sibi § instit de inutilibus
et [illegible] affectata etiam in iuris arte novatoris Erasmi secta, aut consortio, Hermannus
lib 12 observ. qui et primus amicabilium capitis [illegible] detractat posteriore voce, dum in
dic § cum qui sic esse legendum cum qui ita dicunt mihi et Titio decem. Subscribo [illegible]
rio veteri Glossographo apud Accursium in dic § cum qui Donello ibidem num 2. [illegible]
Alciato in presenti num 9 Belono dic cap § questione 9 num 44 affirmantibus id circo in dic
§ cum qui quamvis summa decem bis in diversis personis expressa sit non tamen nisi una de
cem dicere, et in stipulationem deducere stipulatorem credendum esse, quia si eandem summam
duplicasset, et alia decem Titio stipulari crederet, esset omnino inutilis adiectio illa, sive
stipulationis pars, quae Titium respicit, quia nec potuit stipulator alia decem stipulari
ita ut Titio deveantur cum non liceat alteri stipulari dic l. stipulatio 38 § alteri, neque
dicitur stipulari ut adiecto solutionis gratia, sed diversam quantitatem, nempe alia decem
in persona Titii credimus exprimi ita ut decem etiam Titio solutis, debeat adhuc promi
ssor alia decem stipulatori quippe repugnat iuri adiecti solutionis gratia, diversi
tas rei in persona eius, et stipulatoris l. ult § cum mihi § ff de V.O. l. qui res 98 § mihi
Romae ff de solutionibus elegans ad rem text in l. servus 10 § ult cum l. quia 12 ff de operis
libertorum repugnat, et aperitur inutile Titium adiectum esse, et promissorem ei solvendo ab
stipulatore non liberari § si quis alii 8 vers plane instit de inutilibus stipulationibus,
et e contrario si stipulator presumat una decem dumtaxat sibi et Titio stipulari non erit
omnino inutilis Titii adiectio, quia quamvis ut potest alteri pars stipulationis, sive obligatio
ad partem eius nempe quinque non possit adquiri dic l. stipulatio 38 § alteri censebitur
tamen adiectus solutionis gratia, ita ut decem ei solutis liberet promissorem ab stipula
tore proinde cum in re dubia sit ea presumptio, et interpretatio capienda per quam qua
tenus potest stipulatio in Titio sit nec otiosa, aut vitiosa, saltem quoad Titium facta
videatur l. quoties 80 ff de V.O. l. si quando 109 ff de legatis Creditur stipulator una eademque decem

stipulari sibi ut debeant, et Titio ut adiecto solutionis gratia, quae ratio cum in legatis
esset, quoniam etiam si duplicatam in duobus legatariis summam, quando in eisdem separatim
expressa est, admittamus non tamen ideo minus legata in singulis valebunt mediumque
duplicatam summam intelligi, cessat etiam eadem ratio et in stipulationibus si duo velut
Titius et Seius stipulatos unusquisque sibi decem proponas sine relativa illa eadem quae duos
reos constituit et promissore ita utrique respondisse Titio decem et Seio decem quo
casu non utrique eadem decem sed diversa singulis decem promissa intelliguntur quae et
separatim singuli in solidum possunt exigere et legatarii eiusdem generis dicit
instit de duobus reis l. si ex re 28 § 1 ipsi ff de leg. servorum

nu 28 Turbant tamen deturbaruntque Accursium veteres alios et noviores a superiori Irnerii solutione arguta duo digna explicatu primum ex eo quod notissimum vulgo est adiectum solutionis gratia cum esse cuius personae et stipulatoris exprimitur disiunctive in stipulatione veluti mihi aut Titio cum si coniunctim exprimatur veluti mihi et Titio ut in d. § eum qui non censetur Titius adiectus solutioni, sed obligationi applicari pari vi coniunctionis cum stipulatore et ideo cum Titio ut pote alteri stipulari, et adquirere obligationem non liceat est omnino quo ad Titium obligatio inutilis dic. § si quis alii vers. plane et vers. quod si quis sibi instit. de inutilibus: secundum est quod in eadem specie dicti § eum qui Titium non esse adiectum solutioni, sed coniunctim obligationi, et quidem inutiliter, quia stipulari illi non licuit, sed tamen ita ut quia quamvis inutiliter coniunctus partem facit, non debeantur stipulatione tota decem, sed pars coniunctionis quinque stipulatori probat palam in l. si mihi et Titio 110 ff de V.O. quod nec Titius ut adiectus solutioni nec una integra decem stipulatione debentur in dic. § eum qui, quod putat Accursium ibi, et alios Cassinerium scripsit Duarenus. Sed ut argutiis his satisfiat distinguendum nec vulgariter, nec insubtiliter est inter formulas illas stipulationibus in quibus una eademque summa coniunctim semelque in persona stipulatoris, et Titii exprimitur veluti mihi, et Titio decem ut in dic. l. si quis mihi et dic. l. eum qui 56 ff de V.O. dic. § si quis alteri 4 vers. quod si quis sibi; et inter formulas in quibus summa in stipulationibus et per se in stipulatore et Titio proponitur veluti mihi decem, et Titio decem ut in dic. § eum qui namque in priori formula illa mihi et Titio decem praesumi non potest Titium adiici solutioni quia adiicit quantitas supponit totam obligationem totius summae stipulatori adquiri deberi d. l. eum qui 56 § qui sibi l. ult. § ult. 3 ff de V.O. at ex vi et formula stipulationis non possunt tota decem deberi stipulatori quia illi non sibi soli decem stipulatus est sed coniunctim, et semel decem et sibi et Titio, unde etiam verisimile sit voluisse eum communiter decem stipulari sibi quinque, et Titio quinque Iulianus scribit in dic. l. eum qui 56 in princip. dic. l. si quis testo 19 ff de leg. 2 nempe quia ad se et Titium placeat stipulationem aequaliter et parte coniunctive dictionis, et quae solet dividere in partes aequales virilis l. reos 11. § cum tabulis ff de duobus reis: quod cum obligatio ad tota decem non possit adquiri stipulatori coadunatio ratio efficit, ut sola quinque stipulatori debeantur, et sit omnino inutilis stipulatio quo ad Titium in aliis quinque in quibus nec considerari potest, ut adiectum solutioni, quia est ea obligatio non quaesita stipulatori, nec utilis coniunctus obligatione: quia enim utpote alteri stipulatione alterius obligationem quaeri non potest d. l. si mihi 110. X. quam intelligendo est d. l. eum qui 56 et his in formulis stipulationum in quibus semel duntaxat res in stipulatione deducta exprimatur verum est vulgare illud quod superius primo argumento expendimus nempe ut adiectus solutioni quis intelligatur debere eius et stipulatoris personam exprimi disiunctive, veluti mihi, aut Titio decem, nisi coniunctim exprimatur ita mihi, et Titio decem intelligatur Titius quasi inutiliter a parte obligationis summae semel expressae aequaliter vi coniunctionis applicari d. § si quis alii 4. vers. plane, et vers. quod si quis sibi diversum est in secunda forma stipulationis, qua divisim et singulatim in stipulatore, et Titio quantitas exprimitur veluti mihi decem, et Titio decem quia cum tunc stipulator sibi imprimis integra decem stipulatus sit

eique eorum obligatum ex vi stipulationis adquirat nihil prohibet, et Titio presumi, presumi adiec tum eorum decem stipulatori debent, et ideo ut stipulatio quatenus potest substineat interpretamur stipulatorem hic stipulatione decem exprimere non, ut alia sibi, et alia Titio debeant, sed ut illa eadem decem sibi quidem debeant, et Titio possint solvi et adiecto dictum seu quia at [illegible] coniunctiva illa mihi et Titio ex interpretatione iuris resoluit in disiunctivam, ut in l. saepe 33. de v. s.

Claudat huius n. 29.

[illegible] primo superioribus, postrema ordine, non dignitate et usu disputatio; an scilicet, et quando hereditate, vel legato separatim duobus relictis intelligatur testator a prima dispositione recedere per secundam. Et hereditas legata ve priori pariter et aequaliter, neque sunt re coniuncti, nec inter eos iuri accrescendi locus in qua questione, ut inprimis indubitata a dubijs separemus, praemittendum est, extra controversiam esse per secundam dispositionem institutionis, aut legati non indui ademptionem 1.° quoties secunda fit aut simpliciter separativeque sine commemoratione prioris veluti cum testator ita scripsit, Titio fundum Sempronianum do lego, deinde ita Seio fundum Sempronianum do lego: ut quoties secunda dispositio fit cum commemoratione, ut loquuntur repetitiva scilicet, quae priorem dispositionem repetit, et quasi confirmat per verba etiam eadem, aut similia, veluti fundum quem Titio legavi, lego etiam Sempronio vel in hereditatibus ita, ex qua parte Seium institui ex eadem parte Sempronius heres esto: quibus casibus indubitatum est non adimi priori, neque transferri in secundum totam hereditatem, legatumve, sed inter eos inter primum et secundum coniunctionem realem, et ex ea concursum in eodem legato aut parte hereditatis, et proinde etiam ius accrescendi, § si eadem res 9. inst. h. t. l. Maevius 42. ff de leg. 2. l. si sit 13. ff de legatis 3. l. Iulianus 13. de hered. inst. ex quibus ita docent, deducuntque post Bartolum in presenti n.° 2. communiter veteres, novioresque infra laudandi status ita quaestionis esse quoties sub commemoratione priori relicti, non repetitiva, sed demonstrativa relinquit posteriori veluti fundum quem Titio legavi Seio do lego; in qua specie [illegible] allasius in presenti affirmat induci ademptionem prioris legati, et totum transferri ad secundum idque [illegible] l. 3. Sicut s. l. translatio 6. ff de adimendis legatis § ult. inst. de ademptione legatorum, secundo ex l. non adeo 89 vers.° nisi [illegible] commemoratione ff de cond. et demonst. l. siquis cum 16 ff de vulgari [illegible] que ea Dini sententiam post Petrum de Bellapertica n.° 18. Politus et Alciatus n.° 9 Crotus n.° 10 in presenti fulgo sius inl. si fortis [illegible] 7 Cod. h. t. Mantica de coniecturis ultimarum voluntatum lib. 12. tit. 4. n.° 2. et 10. Menochius de presumptionibus lib 4. presumptione 74. n.° 9. et sequentibus Covarruvias in rubrica de test. 2. part. n.° 22. Duarenus de iure accrescendi lib. 1. c. 7. [illegible] lib. 3 controversiarum c.° 52. not. Pichardus in d. § si eadem res n.° 49 Belonus novissime et late de iure accrescendi c.° 5. q. 13. n.° 16, e contrario Accursius in d. l. sicut s. verbo ademptionem ff de adimendis legatis, Azon in summa rubrice Cod. de caducis tollendis n.° 11. docent etiam in proposita specie non presumi in dubio aut induci ademptionem prioris legati per translationem, sed coniunctionem reales, et concursum primi, et secundi, nisi adimere voluisse defunctum probetur: quae sententia firmatur in l. pluribus 33 vers.° quod si separatim ff de leg. 1. ubi ut per posterius legatum inducatur prioris legati ademptio requirit testatoris testatoris voluntas evidens, quae tamen non apparet quoties sub commemoratione posterioris, posteriori relinquitur. Secundo suadet exemplo institutionis, quae quamvis fiat in parte in qua alius institutus est, et sub demonstrativa commemoratione prioris institutionis sine repetita voce eadem, aut etiam non operatur ademptionem in primo instituto sed coniunctionem, et concursum eius, et secundi l. triplici 142. § [illegible] ult. ff de v. s. subscribunt quoque in haere Accursio, et Azoni, Bartolus in d. l. sicut s. et in presenti n.° 2 ubi Iasson n.° 24. Ferretus n.° 43. Castrensis in d. l. si pluribus 33. n.° 3. de legatis 1. post alios Gomezius 2. tomo variarum c.° 10. n.° 24 nec desentit Ant. Fab. de erroribus decade 97. errore 3. ad finem.

Sed priori Dini sententia n. 30

ut communiore, et probabiliore recepta, et retenta, ut secunde argumentis faciamus satis; quo ad primum ex d. l. si pluribus 33 vers.° quod si separatim separatim [illegible] fab. asserit totam eam legem a Triboniano interpolatam fuisse affirmans lib. 6 coniecturarum c.° 1. et de erroribus decade 50. errore 3. n.° 22.; reg

[illegible]

Respondendum quod licet evidentissime apparere dici voluisse testatorem priori legatario adimere, dum posteriori relinquit sub commemoratione demonstrativa prioris legati substantiam rei transfundat quod in posterius, et eo commemoratio inutilis sit, sive non necessaria ad inducendam inter legatarios [illegible] tionem reales, hec etiam sine commemoratione legati separatis et simpliciter utrisque relictis inducere videtur premisimus apparet ideo fieri commemorationem, ut ademptionem prioris legati inducat, id quod evidenter apparere dicit, qui evidens censet, quod quis ex vi verborum colligit, aut intelligit, l. labeo 7. § ult. ff de supellectili legata, licet 74. ff de leg. 1. et e contrario si apparet evident, quod posteriori relinquit, ideo quod [illegible] non ademptionem sed coniunctionem, et rursus admittimus iuxta regulam dicte legis si pluribus 33. [illegible] ita ad rem exponunt post Crotum in presenti n.° 13. Menochius d. lib. 4. presumptione 173. n.° 11, [illegible] chineus d. lib. 5. controversiarum c.° 52 Deinde quoad secundam ex d. l. triplici 142. § ult. omissa [illegible] tintione Jasonis in l. si pluribus 33. n.° 5. Menochij Mantice et aliorum, quos supra laudavimus inter legata de quibus in d. l. licet § et hereditatis, quas non tacite, nec tamen facite adimi censentur ex l. ex parte 22 ff de adimendis legatis, l. 1. § sed consulto 3. cum § sequenti, de his que ut indignis [illegible] solum § 1. de hered. inst. iuncta l. non ad ea vers. quod supra de condit. et demonst. quam tamen distinctionem quo ad effectum de quo nunc querimus refutant tex. in l. si scriptum 41. de hered. inst. l. cum questio [illegible] [illegible] de leg. et post Alciatum lib. 7. parergon 8. noster Pichardus in d. § si eadem res n.° 51. Belonus d[illegible] 13. n.° 56. Dicendum potius ex eorum sententia in d. l. triplici 142. § ult. commemorationem prioris [illegible] stitutionis, etiam si ademptionem non inducat inutilem ut in legato diximus sed necessariam quod effici[illegible] ut Seius censeatur coniunctus in unam partem cum Titio, neque minuat partem Sempronij, quam tamen [illegible] separata minueret, si Seius separatim instituerentur sine commemoratione institutionis Titij et i[illegible] cum commemoratio hunc effectum operetur non est producenda ut inducat ademptionem, que odiosa est [illegible]

quam, quod in d. l. 142. § ult. subaudienda est vox repetitiva eadem ex mente Iuliani

cuius sententiam ibi refert, et in l. Iulianus 14. ff de hered. inst. et quamvis non

subaudiatur tamen commemoratio ibi non est demonstrativa sed repetitiva

propter verba ex qua parte, ut post Duarenum

dicto lib.° cap.° postremo hoc explicat

preceptor noster Pichardus.

Ubi supra, huius quemadmodum

disciplina et auspicijs

in hoc gimnasio pri

mos in primis pri

ma progressus

debuit ita nunc

auspicato in

eiusdem

nomine

desino

Reliqua

huius

tract.

capita

post

acade

micas

perse

quntu

rus.

finis

De coniunctis dumtaxat verbis, et inter eos ius acrescendi ad Paulus in nostra lege reconiuncti 89 28 152

(Versiculo item caput tertium

Quam ante proximas academicas ferias fidem obstrinximus liberamus iam et adiunctis retantum addimus N1
eodumtaxat verbis commentatio nostra cum Paulo, progredimur, esse autem verbis tantum coniunctos eos qui vna eadem
quam ratione invenimus veluti coniugas vocatos, vadigente expresse ad eam debere a testatore distributis pro indiviso parti
bus vocant ut exemplo nostri in presenti documus supra c. 1. n.º 41. eoque nunc supposito ut propius huius capitis dis
putationem, que nulla in hoc tractatu obscurior celebrior nulla expresso agrediamur: proponimus inprimis non vnius scho
le aut seculi controversiam, et adhuc sub iudice litem esse an inter verbis tantum coniunctos iure acrescendi locus sit inquosiure
Occurunt in l. 2. in princ. verbo partis rei de vsufructu acrescendo, et in l. si duobus 16 §. ult.º verbo expressisset de leg. 1.
Bartolus ibidem, et in presenti n.º 23. et post plures ex classicis Jasson n.º 103. Bolognetus n.º 138. in presenti, post
alios Menochius de presumptionibus lib. 4. presumptione 299 n.º 7. et 11. de coniunctionibus c. 7. exm. 1. Manti
ca de coniecturis lib 10. tit. 3. n.º 8. Peregrinus de fideicomissis art. 9 n.º 8. Gratianus disceptationum forensium
c.º 533. n.º 1. et 9, et 13. et c.º 741. n.º 15. forcatulus in necromantia dialogo 59 n.º 6, Balduinus, Minsiger,
Equinarius, et alii in §. si eadem res inst. de leg. Duarenus lib 1. de iure acrescendi c.º 10, et lib. 2. c.º 7. Doneliis
lib. 7. comment. c.º 13 vbi Viegerus alios laudans affirmant inter verbis coniunctos ius acrescendi esse id quod
probant 1.º ex iuris ratione que attenta coniunctione facta a testatore inter institutos coniunctos et quod utile in legatis et fidei
commissis è causa iuris acrescendi l. 1.ª § si ita vers hoc ita communi de causa tollend. l. item 17 § nam quantum
i de heredibus instit l. et preculo 20 de leg 2 l. 1.ª de vsufructu acrescendo l. si sub condic 16 quibus
modis vsufructus diximus supra cap 1.º nu 8, et 24 et 29. Perinde iam verbalis coniunctio sit una ex
tribus speciebus, consentaneum in presenti, et in l. triplici 142 de V. S. et in qua perinde atque in
mixta coniunctione militat ratio illa, qua coniuncti propter vnitatem sermonis quasi in
unum corpus redacti sunt dic l. vnica § his ita 10 vers hac ita tam varie l. plane 34 in fine
principii de leg. i. fatendum est precedente coniunctione verbali, et posita veluti causa iuris acres
cendi effectum eius sequi debere arguto ex l. licet 42 § ea obligatio de procuratoribus; nec respon
deri poterit propter distributionem partium factam a testatore inter verbis coniunctos non
videri eos vocari ad eandem rem, et ideo nec censeri coniunctos quo ad ius acrescendi arguto ex
l. huiusmodi 84 § quibus ea de leg. i. quia replicat eam distributionem partium inter verbis coniunc
tos cum sint partes pro indiviso intellectuales in mente que cerni tangi que non possunt, non consti
tuere res sive partes corporaliter diversas discretasque l. Mevius 69 § duobus vers sed si
pars in fine de leg 2 l. servus § de stipulatione servorum l. recte 25 § ult. de V. S. ideoque non impe
diri quominus sint vocati ad eandem rem, et consequenter sint coniuncti quo ad ius acres NU 2
cendi ut considerat post Petrum de bellapertica Jason in presenti nu 107. Ex pomponio in l. si duo
bus 16 § ult. de leg. i. vbi cum titio et posthumus in eodem legato viriles partes a testatore
asignate sint et proinde verbis coniuncti facti iura tradita supra cap i. nu 4 vers respondetur non nato
posthumo totum legatum titio deberi atque ita acrescere partem quam posthumus habuisset si
nasceretur l. quidam § ult. cum l. 6 et 7 de rebus dubiis vbi in legato similiter relicto, vel
et posthumus cum distributione partium ut constat ex dic l. 7 vel ex parte titius admitit
ad ius acrescendi non nato posthumo, et questionem amplius et rem non leviter confir
mat; admitit ea ratione quasi ab initio sibi solido relicto dic l. 7 que ratio conuin
cit etiam verbis coniunctum suo respectu, et in eum casum quo coniunctus non concurrit
habere solidum ab initio, et consequenter habere etiam debere ius acrescendi, quod locum
habet inter eos qui solidum ab initio habent, etsi concurrerent partes haberent
l. item neratius 3 de vsufructu acrescendo. 4.um est ex obscuro tex in l. Mevio
41 de leg 2 vbi cum testator ita scripserit Mevio fundi partem dimidiam Seio par
tem dimidiam do lego atque ita Mevius et Seius ut pote ad eiusdem fundi partes

vocati unica demq. oratione, que unico verbo lego requirit int verbis diuncti, tamen ... pendet, si Seius decesserit partes eius acrescere Mevio, et proinde etiam Mevius, cum quo Seius verbis tantum diunctus erat. Quintum denique, et quidem fortissimum argumentum est ex sententia Pauli in l. re coniuncti in vers. ult. ubi questionem proponit, definitque de prelatione quo ad ius acrescendi in portione deficiente inter diunctum verbis tantum, plane, sive receptam interpretationem intelligas Paulum dicere verbis diunctum re diuncto preferri, sive iuxta aliorum expositionem existimantium Paulum dicere re, et verbis diunctum preferri verbis tantum diuncto semper tamen supponit; qua decisione supponit verbis tantum diunctum habere ius acrescendi, respectu diuncti velatum, aut re et verbis diuncti et decisio esset verbis diuncti etiam sine concursu aliorum diunctorum ius acrescendi inter se non haberent.

Eradem

3a diversaeque novioris et politioris note interpretes plerique et inter eos primus Ant. Gouvanus de iure acrescendi n.o 22. et 25. et animadversionum c.o 6. ad l. nostram Cuiacius in l. si duobus 16. de leg. 1. et lib. 24. observat. c.o 34. atque alibi saepe Hotomanus lib. 6. observat. c.o 12. et in epitom. ad titulum de usufructu acrescendo n.o 12. idem Hotomanus, Franciscus Broeus, Borcholten et alij in §. si eadem res inst. de leg. Joannes Robertus lib. 1. sententiarum c.o 24. Faber lib. 6. conjecturarum c.o 1. et de erroribus decade 49 errore 3. et seqq. Belonus de iure acrescendi q.e 3. n.o 26. et seqq. constanter negant verbis tantum diunctis ius de acrescendi ex vi diunctionis tam in hereditatibus quam in legatis, et in eam rem expendunt iuris momenta que sequuntur: primum praecipue que ex ipsa iuris regula, que docet ius acrescendi non habere locum nisi inter eos, qui concursu partes faciunt, et non, quam si non concurrent alij unus solidum habere at quoque ita effectum iuris acrescendi, qui ex concursu efficit, l. diunctim 80. de legatis 3. esse velutis causam partesque immediatam ius acrescendi nititur, et sine qua non est l. 1. § inter duos vers. nam ut et Celsus, et § ult.o alias l. 2. videri l. idem 3. de usufructo acrescendo, ubi notat Cuiacius lib. 1. responsorum Neratij et tractatus Africanum in l. 1. de usufructu acrescendo, et in l. unica § his ita cod. de caducis tollendis ... manus ubi prime, et illustrium q.e 20. et inter verbis diunctos non fit divisio per concursum sed a principio ta fuit a testatore partibus distributis: ergo nec inter eos potest esse ius acrescendi. Secundum est ex ... mini regula iuris que ostendit non esse locum iuris acrescendi inter eos qui partes habent a principio l. unius vers. ceterum de usufructu acrescendo, l. et proculo 20. vers. item si de leg. 2. eaque ratione olim inter legatarios damnationis, et re et verbis diunctos non erat ius acrescendi: quia singulis a principio partes legari, et deberi non debeant ut Ulp. docet tit. 24. § si per damnationem ut C. eas exponemus: quia propter verbis diuncti partes a testatore designatas a principio habent non posse habere ius acrescendi, ut expressum ex hac ratione quo ad verbis diunctos constituit in l. re plane 34. vers.o si diunctim de legatis 1. l. penult. de usufr. acrescendo de quibus postea. Tertio ex eoque dici solet absurdum esse tribuere cuique quasi ex voluntate testatoris plus quam testator voluerit. l. facta 63. § si sub condit.e 7. ad Trebell. quo circa ius acrescendi minime ... gatis ex tacita voluntate testantis, quam ex diunctione presumimus induci non debet ... ci inter verbis diunctos, ne habeant totum hi, quos testator partes designatas habere voluit.

Quartum

224 in idem opinionis argumentum primarium, assumit ab auctoritate Papiniani in l. penult. de usufr. acrescendo, ubi aperte, et diserte docet eos, qui bus a singulis heredibus eiusdem rei ususfructus legatus fructuarios separatos esse non minus, quam si quis portionibus, eiusdem rei ususfructus his bus legatus fuisset; unde infert non esse ius acrescendi inter eos: ergo neque inter verbis diunctos ... les sunt illi quibus eiusdem rei ususfructus pequis portionibus legatus. Quintum est ex l. si ita quis 66. de hered. inst. d. l. plane 34. § si diunctim de leg. 1. ubi tam in hereditatibus quam in legatis probat non induci ius acrescendi ex vi diunctionis verbalis, que in eis iuris ... proponit ... ponitur; alioquin si realis, aut mixta seu re, et verbis diunctio in illis speciebus supponeret esset in eis iure acrescendi ex vi diunctionis l. heredes 63. de hered. inst. d. l. plane 34. § si duobus 11. 6.us est ex vers.o item verbis non legis in quo Paulus singulariter de verbis diunctis ita scribit: quoniam semper partes habent legatarij generaliter perpetuaque, ista vox semper omne casum temporis comprehendat, l. sed soluto matrimonio nequam verbis diuncti ... bebunt totum nequidem iure acrescendi, quamvis diunctio sufficiat. 7.um denique est ex Justiniano in § 11 eadem inst. de leg. l. unica § ubi autem 11. cod. de caducis tollendis Ulpiano tit. 24. § si duobus et seqq. quibus totis intractat. iuris acrescendi inter legatarios, ex primarijs regulis ...

ibi tradunt [illegible] mentio, aut distinctio nisi coniunctorum [illegible] quos vetera [illegible] coniunctos vo
[illegible] eorum q. exempla, et propterea ius illud per concursum dividendi, sive scindendi proponit, quae sin
gula cum non conveniant verbis tantum coniunctis, ipsorumque nec mentio, nec exemplum in dictis locis extet
fatendum est ideo ibi amitti quod verbalis coniunctio non inducit ius acrescendi, alioquin immerito inter
alios, quibus idius acrescendi inducit, ommitterent.

Sunt et inter pugnantes sententias [illegible] veluti N. 5
sequestri, et conciliatores ex primis §§. quidam apud Accursium inter verbo partis rei de usufructu
acrescendo, quos sequuntur Petrus de Bellutio n. 35 [illegible] n. 44. Politus n. 3. et 45. cum seqq. in pr. de usu
[illegible] acrescendo, quos sequuntur [illegible] Richardus in d. §. 1. eadem res inst. [illegible]
n. Menochius consilio 141. n. 6. Faquineus lib. 4. contr. c. 50 Richardus in d. §. 1. eadem res inst. [illegible]
Spino in speculo tit. glosa 1. n. 55. et 60 affirmantes distinguendum esse hac in re usufructum a proprie
tate, et hereditate, in quibus cum ius etiam inter verbis coniunctos acrescere dicit, ut probant argumenta
[illegible] et prae caeteris tex. in d. l. si duobus § ult. de leg. 1. d. l. quidam 5. § ult. cum l. 6, et 7. de rebus dubiis [illegible]
[illegible] 4 de leg. 2. iuncto Paulo in vers. legis vere tamen in usufruct. non est ut evincit d. l. penult. de usufruct
acrescendo aliisque iuris locis pro primo, et secundo argumento in [illegible] supra adducto. Suadet quod distinctio haec non
[illegible] differentiae ratione reddita inter usumfructum, et alias res, quae proprie usufruct. duobus eaque portio
nibus relicto non potest unus ex his partem alterius deficientem vindicare neque, aut propriam quae sibi
relicta non est, neque ut alienam, et acrescentes quia eam veluti pars ususfructus, et consequenter personalis
ita alterius personae soli delata est ut ei cohereat eaque deficiente evanescat neque ab alio incipere, aut
vindicari possit l. qui usumfructum 36 § stipulatus 1. vers. hoc ita de usufructu l. Sempronius 2. vers.
his casibus de usufruc. legato l. si servus 15 familiae erciscundae et in legato proprietatis, et heredita
tibus, cum neque ipsa personae cohereant, neque in eis ius acrescendi sit personale, sed reale, ut notavi
mus supra c. 2. n. 31. quamvis coniunctus verbis non vindicet portionem deficientem coniuncti tamquam
sibi relictam, vindicat tamen ut acrescentem portioni quam habet, eoque iure et ratione, qua dicit in pro
prietate portionem, aut alluvionem portioni acrescere l. si titio 33. § ult. de usufruc. l. si totas 3 de ad
quirendo hereditate.

Sane inadcipiti hac contentione, quae et Primarios Academiae nostrae in facto N. 6
nes divisit, et in qua non immerito pronunciare portioni licet res sibi non liquere, ut scribit Ioann.
[illegible] lib. 2. de iure acrescendi c. 3. vers. in disputando, et docendo, ex ratione iuris videtur secunda sententia
quae docet inter verbis coniunctos ex vi coniunctionis ius acrescendi non esse, ut pret. [illegible] probant diserte nost
[illegible] lib. 3. illustrium de [illegible] titulo de acq. hered. tract. 1. c. 5. n. 17. et seqq. eamque firmabimus non vulgariter, si
[illegible] quae argumenta nostrae sententiae respondere soleat refutemus, et contrariae fundamentis respondeamus, et inprimis
[illegible] ad 1um. 2um. et 3um. quod deducitur ex iuris regulis quibus supra n. 3 nempe de acrescendi iure recepto drumta
xat inter eos qui concursu partes faciunt, non autem inter eos qui partes a principio faciunt, in qua habent nostri
[illegible] eis plusquam defunctus voluerit non satisfaciunt, qui affirmant regulas illas solum obtinere in
iure acrescendi, quam in usufructu post concursum, et quaesitam portionem coniuncto si postea eam amiserit
locum habet, de quo proprie loquitur tex. in d. l. ult. [illegible] 1. 2. et 3. de usufructu acrescendo et ante adquisitionem
et in proprietate contra tex. in l. 1. § interdum, vers. in proprietate, et vers. sed in usufructu de usufr. acrescendo iun
[illegible] d. tit. 74. §. si duobus 12. cum § seq. d. l. et Proculo, 20 vers. non enim de leg. 2 l. coniunctim 80, de
legatis 3. neque [illegible] post Duarenum, et alios solutio Illigeri lib. 7. comment. Donelli c. 8. litt. K. respon
dentis verbis coniunctos [illegible] ex defuncti verbis partes a principio. Sed quasi sub conditione si concurrant, solidum si
non concurrant, aut ex coniectura habere solidum, at quod ita respectu tacitae voluntatis defuncti dici possit ver
bis coniunctos facere partes concursu, et convenire eis regulam dictae legis de usufruc. acrescendo neque si uno non
concurrente, alteri solidum detur, dari ei plus quam testator voluerit: quod replicat [illegible] hanc coniecturam volunta
tis contra verba defuncti induci probabilius posse, ut hi qui ex verbis partes designatas habent solidum multo
magis induci deberet ut in legato damnationis coniunctum duobus relicto nullo ex defuncti verbis partium
designatione facta haberet unus solidum iure acrescendi eo casu, quo alter non concurret, et tamen id numquam
admisit iurisprudentia vetus ea sola ratione, quod in legato damnationis singulis a principio partes debentur iu
ris interpretatione, et censura, ut ex ulp. diximus d. l. 24. § si per damnationem 13. quo exemplo et argo in
N° 4 Ne tamen inutilis sit etymologiæ discussio, quæsitum fuit á complurimis Doctoribus melioris notæ præcipue á Fulgosio in lg. 2 § appellata ff si certum petatur, á Viglio in suis commentarijs tit. de testamentis utrum argumentum duci possit ab etymologiæ vocabulo ad ipsius rei probationem, in qua diversæ admodum sunt interpretum sententiæ, quas brebitatis causa ommitto secutus sententiam Viglij in dicto loco, et Raphaelis Cumani diffinitionem, quæ sic se habet: argumentum affirmative conceptum ab etymologia vocabuli non valet, contra vero negative conceptum: v.g.a in mutui etymologia, de meo tuum fit: ergo datur mutuum, tale argumentum non valet, bene vero negative de meo tuum non fit: ergo non datur mutuum, et in postliminio, etymologia etiam non valet argumentum, post ad idem limen redijt: ergo iure postliminij fungitur, quod argumentum si valeret dicendum esset, et transfugam postliminium habere contra lgm. postliminium 19 § transfugæ ff de captivis, et postliminio reversis idem placuit Quincto Mutio Scevolæ in lg. fin. de legationibus, ubi refert iurisconsultus Pomponius lib. 37 ad Quinctum Mutium eum qui legatum hostium pulsasset (ex quo sancti habentur legati) tradi hostibus, quem hostes si non recepissent placuit civitatem non recuperare — ~~~ —

N° 5 Licet in Hostilio Manilio, quem Numantini sibi deditum non acceperunt contra fuit observatum, nam de eo postea lex lata fuit ut esset civis Romanus, qui postea functus fuit Pretura d. lg. fin. de legationibus, at vero si ad idem limen non redatur dicendum est cessare postliminium, aliquando vero ab etymologia vocabuli affirmative valet argumentum: v.g.a iniuria

dicitur omne

dicitur omne id quod non iure fit, omnis doni datio est donatio, et in nostro casu omnis pactio pactum nuncupatur. — ...

Cap. 2um.

De Praetorij Edicti Aequitate ad d. Lgm 1am et Lgm Juris gentium 7am § ait praetor hoc nostro titulo de pactis.

1 Cum pacta regulariter servari aequitas naturalis suadeat, quid enim tam congruum fidei humanae, quam ea quae placuerunt adimplere d. lg. 1, lg. 5 l. de oblig. et actionibus, lg. 10 C. si certum petatur, lg. 36 de pactis, ubi cum pastor Appollinarius pascenda pecora suscepisset, nascitorumque faetuum partem pro operis sibi praestari convenisset rescriptum fuit ab Imperatoribus Severo, et Antonino per iudicem compelli fidem pacto praestare, dividi quae faetus inter dominum, et Apollinarium, qui contractus erit innominatus lg. si tibi aureos ff. de praescriptis verbis, si vero dominium non translatum est, sed communicatum erit societas, lg. si id quod 45 § ceterum ff. pro socio, sed etsi dictum sit societatem certi respectu faetuum intelligitur, potest enim contrahi societas respectu accessionum puta fructuum glosa in lg. 1 ff. pro socio nec ex lucri, aut fructuum communione necessario infertur rem ipsam principalem communicatam censeri, Alexander consilio 48, quod sic se habet etiam si pastor ipse nihil conferat, quod satis est qualiscumque operis, vel artis pretium ab eo communicari § de illo sane inst. de societate lg. si non fuerit 29 § 1 ff. pro socio. Docuit Couarruuias lib. 3 Variarum cap. 2 in fine, glosa in lg. 1 l. pro socio, Menochius de arbitrariis casu 125 n.o 3, Michael de Palacios lib. 4 de contractibus cap. 12 columna 4 praeter Soccinum consilio 265, et alios. ——

2 Taliter quae pacta servari aequum est ex voluntatem pacis centium, sive contrahentium, ut si tibi promittam fundum non aliter liberabor, quam si plenam proprietatem tibi dedero lg. 56 § si a te de verborum obligationibus, et licet non ex vi verborum: quia stipulationum verba stricte intelligi debent lg. quidquid adstringendae de verborum oblig. et totum fundum dicitur tradi re vera, etiam si fundus detur detracto usufructu lg. recte dicimus 25 de verborum signif., sed tamen ex interpretatione voluntatis pacis centium dictum procedit, ex quo attenditur quid actum est lg. semper 34 de regulis iuris cum fructus partis instar obtineat lg. cum filius 76 § dominus d. lg. 2, quia partis effectum habet emolumentum rei continens lg. Mevius 68 § fundo de legatis 2, Donellus author damnatus lib. 9 comment. cap. 9, et ibi Ovaldus litt.a C; inde sit deducentes fundum in stipulationis pactum procul dubio de usufructu, et emolumento fundi pacisci, atque sensisse, interpretatur subtilissimus vir Antonius Faber lib. 15 coniecturarum cap. 8, idem in lg. 27 § si pactis hoc nostro titulo de pactis, quod iuris principijs consonum apparet, hac scilicet ratione: quia ex natura rei ad eum pertinent fructus, qui iure soli percipi dicuntur, lg. qui sunt 25 de usuris, ad quem dominium rei pertinet iuxta § item ea quae inst. de rerum divisione, adeo,

§ fin. cum lg. sequent. de adquirendo rerum dominio, Hotomanus lib. 10 obseruat cap. 10. —— ——

Nº 8 Quomodo est intelligendus textus in lg. 16 § 1 ff familiæ erciscundæ, cuius in casu non communicari usumfructum Iulianus ait, si alij fundum, alij usumfructum fundi iudex adiudicauerit: quia nulla in eis adiudicantis potuit considerari voluntas ad communionem. Merito ergo prætor hoc suum edictum interposuit: pacta conuenta, quæ, nec dolo malo, nec contra bonos mores, aduersus leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta Principum, neque quo fraus cui eorum fiat facta erunt, seruabo d. lg. iuris gentium 7 § ait prætor ff hoc nostro titulo. lg. 6 C. de pactis, lg. pacta conuenta 72 ff de contrahenda emptione lg. 28 ff hoc nostro titulo. de pactis lg. generaliter, et lg. sequenti de verborum oblig. lg. ex eo 4 C. de inutilibus stipulationibus lg. non est dubium 5 C. de legibus Alphanus collectanea 291, Alexander de Immola in d. § ait prætor hoc nostro titulo. subtilissimus vir Antonius Faber in rationali ad d. § ait prætor, Fortunius Garcia in comment. ad titulum de pactis eodem §. Conanus lib. 5 comment. cap. 5 Iulius Pacius centuria 2 q. 4 Donellus lib. 12 comment. cap. 9 Wesembechius in paratitlis titulo de pactis nº 2, dominus Valencia illustrium iuris lib. 1 tractatu 3 cap. 2 nº 9, Petrus Augustinus, Morla in emporio iuris titulo 8 de pactis quæst. 4 nº 2; diximus prætorem non seruare pacta dolo malo inita lg. si quis 37 de verborum oblig. lg. dolo 5 C. de inutilibus stipulationibus, lg. 1 de dolo malo lg. iuris gentium 7 § dolo malo ff hoc nostro titulo. lg. aduersus 3 C. de exceptionibus, et pro omnibus Donellus lib. 15 comment. cap. 41: ex quo voluntas paciscentis extorta, voluntas non est; extorquetur voluntas paciscentis malis artibus duabus, dolo malo aduersarij, aut vi aperta, quoniam dolus machinatio est, qua quis oppugnatur, et velut victus cogitur id velle quod nisi dolo victus esset noluisset: unde dolus dicitur a Gallo Aquilio, post deinde magno consensu omnium iuris authorum uno excepto Labeone lg. 1 § 1 ff de dolo d. lg. 7 § ultimo de pactis, ut sit dolus cum aliud simulatur et aliud agitur alterius decipiendi, fraudandi ve causa, qui deceptus persuadetur duobus modis, aut verbis mendacibus, aut arte, aut facto ad eam rem composito; in verbis fallacia est; in facto vero machinatio, ideoque si quis dolo aliquid paciscitur dicitur, nec pacisci, id non consentire lg. qui cum tutoribus § qui per fallaciam ff de transactionibus, unde si quis deceptus ab aliquo aliquid paciscitur, placuit eum non teneri. —— ——

Nº 9 Dissimiliter tamen in bonæ fidei contractibus, atque in contractibus stricti iuris: in illis hoc est ius ut si quis dolo in hoc deceptus sit ut pacisceretur puta venderet, quod alioquin venditurus non erat, aut societatem contraxerit cum eo qui se mentiebatur esse illis, aut illis facultatibus cum inops esset, placuit venditionem, et societatem ipso iure nullius esse momenti, lg. et eleganter in principio de dolo malo, lg. 3 § ultimo ff pro socio; in stricti autem iudicij pactis veluti stipulatione si quis mendacio aduersarij

deceptus promi

deceptus promittat, aut in legato si heres ignorans ademptam quinquaginta persuasus à legatario nullam ademptionem interuenisset promittat hoc seruatur, ut is obligetur summo iure, sed agenti obstet doli mali exceptio lg. dolo C. de inutilibus stipulationibus d. lg. si quis cum alter 36 de verborum oblig. Neque opponitur contra supra traditum pacta dolo malo inita, neque nulla esse, nec rescindi ex eleganti dispositione textus in lg. in causæ 16 § idem Pomponius de minoribus, ex lg. item si pretio 22 § ult.º, et lg. sequenti ff locati, quibus iure consultorum responsis extat probatum naturaliter id est ex natura contractus lg. si voluntas 8 C. de rescindenda venditione, siue iure gentium § singulorum inst. de rerum diuisione lg. cum amplius 25 § is natura de regulis iuris licere contrahentibus se decipere ob conseruanda commercia, quæ sunt humanæ societati et bono publico maxime necessaria, quod persuasit illa suprema lex relata à Cicerone lib. 3 de legibus salus populi suprema lex est, et aliter contractus obseruatur, ut neque annulletur, neque rescindatur.

N.º 10 Satisfacies; dupliciter consideraui dolum, uno modo ex machinatione, et voluntate decipiendi, qui de deceptiuus appellatur de quo in tit. ff. et C. de dolo malo, qui dolus non præsumitur ex enormi læsione, sed aliunde ex perspicuis indicijs probatur, qui redit contractum bonæ fidei nullum d. lg. et eleganter de ~~minoribus~~ dolo malo, vel illum rescindit doli mali exceptione sed contractum de legis et eleganter; altero modo consideratur dolus ex re ipsa, non ex industria deceptiua, sed negatiua, et hic dolus qui industrialis esse dicitur ex damno dato resultat et ex enormi læsione præsumitur: quo casu, quia dolus sine calliditate, fallacia vel emptoris vg.ª interuenit, nec redit contractum nullum, nec præcise illum rescindit Faber in rationali in d. lg. iuris gentium 7 § dolo malo ff hoc nostro tit.º, Padilla C. de rescindenda venditione à n.º 2 usque ad 10; sed eius qui rem comparauit vg.ª ex Imperatorum Diocletiani, et Maximiani rescripto, an vellet iustum pretium supplere, aut rem restituere iuxta lg.m 2 C. de rescindenda venditione per quod rescriptum dictorum Imperatorum illa lata facultas est licere contrahentibus naturaliter se decipere permissa d. lg. in causæ 16 § idem Pomponius de minoribus fuit limitata, siue coarctata, ut solum liceret contrahentibus intra dimidium pretij se decipere d. lg. 2 C. de rescindenda venditione, Balduinus in § item pretium n.º 5, et 6, de emptione, et venditione, non vero ultra dimidium, veluti si res valebat decem, et pretium conuentum sit minus quinque, lg. si voluntas 8 C. de rescindenda venditione.

N.º 11 Neque obstat contra proxime dictum tot authoritatibus munitum elegans dispositio textus in lg. si res 12 § 1, de iure dotium, textus in lg. si circumscripta ff soluto matrimonio. Ad cuius grauissimæ difficultatis dilucidationem, omissis quam plurimis solutionibus amplector Pinelli ubi supra n.º 12, Barbosæ in rubrica ff soluto matrimonio 4 parte n.º 25, æstimationum rerum dotalium rescindi propter quamcumque etiam modicam læsionem

lex si res 12

ex quo

ex quo quæ inter coniuges aguntur per negociationem non habentur authentica de æqualitate dotis in principio: explicat Menchaca lib. 3 controversiarum cap. 66 n.º 4; sic quæ non turbarentur commercia propterea tatem rescisionem. Omitto alia contra supra assertum argumenta tradita a Petro Augustino, Morla in emporio iuris tit.º 9 de contrahenda emptione n.º 94, 98, & 99; Asserimus etiam prætorem non conservare, immo improbare pacta vi, vel metu facta lg. 1, & toto tit.º ff. de eo quod metus causa, lg. si vi, vel metu 3, lg. 4, 5, & 7 C. de his quæ vi, vel metus causa gesta erunt lg. interpositas 13 C. de transactionibus, Padilla in d. lg. interpositas 13, Balthasar Megallo, qui plures cummulat in tractu de his quæ vi, vel metus causa gesta erunt. Ad cuius veram intelligentiam adverte, pactum vi compulsiva vel metu cadente in constantem virum initum validum reputari iure civili, & licet dictum erat, ita scriptum erat lg. prospexit 12 ff. qui, & a quibus, quod traditum reperitur in eleganti dispositione textus in lg. metum 9, § sed quod prætor lg. si mulier 21 § si metu coactus penult.º ff. de eo quod metus causa lg. qui ita in principio ff. ad Trebellianum, cap. merito, 15 quæstione 1, Seraphinus Rotæ Romanæ decisione 1350 n.º 9; docet glosa in d. lg. si mulier § si dos vers.º illam ff. eodem. Cui glosæ valde refragantur fundamenta sequentia. Primum, quia actio quod metus causa, quæ pertinet ad pacta metu celebrata est species restitutionis in integrum elegans textus in d. lg. metum § sed prætor vers.º sed ex facto, & in § ex hoc edicto vers.º illo eodem tit.º de eo quod metus causa, & omnium optimus Duarenus ibidem cap. 1 in principio; sed restitutio in integrum non procedit, quando actus est a principio nullus, vulgaris lg. in causæ 27 de minoribus: ergo sequitur pacta facta cum metu á principio valere. Secundum est ex regula d. legis nam etsi vers.º post defectum cum similibus iuncta d. lg. metum § volenti ibi: rescissa appellatione. Tertium est ex n.ro Imperatore Iustiniano in A. tit.º de exceptionibus in principio: ubi contra eum, qui metu coactus promisit dari actio: ergo fortasse procedit: quia voluntas paciscentis coacta licet coacta voluntas est lg. si mulier 21 § si metum ff. eodem tit.º; secundum quæ venit elucidanda dispositio textus alias difficilis in lg. metum 9 § idem Pomponius ff. de eo quod metus causa ubi refert Iuris Consultus Ulpianus recte Pomponium scripsisse libertatem á domino coacto servo præstitam validam esse mero iure; restituitur tamen dominus á Prætore non adversus manumissum ut in servitutem restituatur quod fieri non poterat lg. si ex causa 10 § fin. de minoribus lg. & sine 8 § sed quod Papinianus eodem tit.º, cum semel libertas competijsset sed restituitur a Prætore adversus eum, qui metum intulit ut videlicet dominus consequatur ab eo inter esse; neque opponitur difficilis Iuris Consulti Martiani textus in lg. ille servus, ff. qui, & a quibus, ubi si dominus metu perterritus servum manumisserit nihilominus non erit liber, sed servus remanebit. Cui difficultati satisfacies si responsum præbueris in prædicta hypothesi dominum fuisse coactum ad servi manumissionem non á tertio ut in d. lg. metum, sed á proprio servo, quo casu invalida est talis

manumissio

Margin notes: Lex metus 9 — lex ille servus

manumissio: quia iuris authoritate non est fulcita, siue munita, ut pote cum irroget iniuriam seruus domino, et si ipse manumitteretur reportaret premium siue commodum libertatis ex sua malitia contra lgm ita demum 36 de receptis arbitris, nam si competeret libertas non reuocaretur d. lg. et sine § sed quod Papinianus de minoribus, d. lg. si ex causa 10 § fin. ff eodem, Richardus ad tit. de adquirenda hereditate cap. 29 n° 25.

N° 12 Superest ut unius nubiculæ tetra fugemus efforma- te ex lg. si priuatus ff qui et a quibus, ubi cauetur, quod si dominus metu populi de- derit libertatem seruis suis, quod talis datio libertatis non tenet: g° etiam si manu- missio non sit facta coatione serui, sed alterius inutilis erit. Huic argumento ueritatem nostræ conclusionis obnubilanti plenissime satisfacies ex Imperatoris Diui Marci rescripto in lg. Diuo Marco 3 C. qui manumittere non possunt, quo Mar- ci rescripto fuit specialiter constitutum ut talis libertas non valeat hac forte ratio- ne tradita ab Imperatoribus Diocletiano, et Maximiano in lg. decurionum 12 C. de pœnis ibi: vanæ voces populi non sunt audiendæ, nec enim vocibus eorum credi oportet: à quo populo etiam æstimationem serui consequi non posset dominus si liber seruus remaneret. Sed licet secundum traditam doctrinam quælibet difficul- tas placata videatur; insurgit tamen aduersus illam non minima ex eleganti dis- positione textus in lg. si mulier § si dos ff de eo quod metus causa. Cui cum glosa respondent Baldus, et Fulgosius, speciale esse in dote ut promissio metu facta ipso iure non valeat, quod etiam tradit glosa in lg. 1 C. de rescindenda venditione, et in lg. dolo C. de inutilibus stipulationibus, lg. 1 § fin. de authoritate tutorum sequuntur plu- res relati à Barbosa in rubrica ff soluto matrimonio 4 parte n° 22, licet ab ea re- cedat Bartolus in d. § si dos, unde retenta communi, quæ habet speciale esse in dote ut promissio metu losa ipso iure non valeat: ratio specialitatis inquirenda est, et ommissa ratione Fortunij Garcia quam confutauit Barbosa ubi supra, aliquibus no- uioribus placuit Petri Barbosæ ubi supra n° 31 interpretantis textum illum procedere in dote promissa per metum, non expressa certa quantitate iuxta textum in lg. cum post diuortium § gener de iure dotium, quæ promissio ipso iure non valet, licet illa sponte facta valuisset habita relatione ad arbitrium boni viri lg. 3 C. de dotis promissione; facta tamen per metum erit inutilis: quia vir bonus non debet arbitrari promissionem metu factam, vel in minima quantitate valere iuxta textum in lg. 1 in principio ff de eo quod metus causa: quæ interpretatio manifeste diuinat ad illum tex- tum, cum ex eo non appareat dotem in incerta quantitate constitutam fuisse.

N° 13 Unde probabilior mihi videtur ratio specia- litatis Panormitani in cap. Abbas n° 9 de his quæ vi, metuve causa fiunt, dotis promis- sionem ideo per metum ipso iure vitiari, quia est accessoria matrimonij cap. de pru- dentia de donationibus inter: unde cum principale, hoc est matrimonium ipso iure, vitietur lg. libera C. de inutilibus stipulationibus cap. cum locum, cap. 14 cap. veniens 13 de sponsalibus, cum ad matrimonium requiratur liber consensus d. cap. cum locum cap. tua de sponsalibus, vitiari quoque debet dotis promissio meticulosa ex regula

textus in cap. accessorium de regulis iuris lib. 6, et in lg. cum principalis de regulis iuris; sed plausibilior mihi videtur ratio specialitatis unius doctissimi recentioris dotis promissionem vitiari, et a principio fuisse nullam, ne postea rescissa promissione per Praetorem actione quod metus causa, mulier indotata maneret contra lg. 2 ff. soluto matrimonio. Neque obstat ulterius textus in lg. 2 in principio vers. autem ff. de iudiciis, ex quo prorogatio iurisdictionis metu celebrata ipso iure nulla est, ergo etiam pacta metu celebrata ipso iure nulla erunt: quia non loquitur de quocumque metu ad iurisdictionem prorogandam adhibito, sed specialiter loquitur de eo qui ab ipso Praetore illatus fuit, is enim prorogationem reddit inutilem summa cum ratione: primo quia illatum fuit ab eo, cuius officium est metum tollere, et vim prohibere lg. 1 in principio ff. de loco publico fruendo lg. 1 in principio de via publica lg. 1 in principio de ripa munienda lg. 1 ff. uti possidetis, lg. 1 in principio de itinere actuque privato, lg. 1 in principio, de aqua quotidiana, et aestiva: unde decisio procedit legis meminerimus C. unde vi. Secundo quia per vim aut metum iurisdictionem suam prorogare voluit in hoc puniri aequum est ut prorogatio sit ipso iure nulla. Neque obstat alia difficultas ex difficili, quamvis vulgari textu in lg. qui in aliena § Celsus de adquirenda hereditate, cuius casus responsum est aditionem hereditatis metu factam inutilem esse ipso iure: cum quo in eodem casu pugnare videtur textus in lg. si mulier § si metu coactus ff. de eo quod metus causa, et in lg. si metus ... ff. de adquirenda hereditate. Cui difficultati respondet communis Doctorum phalanx in d. § Celsus heredem adiisse hereditatem cum protestatione se nolle adire hereditatem, quae protestatio reddit aditionem ipso iure nullam quia cum sit declaratoria voluntatis indicat aditionem sequentem protestationi contrariam consensu, et voluntate carere lg. si quis § plerique ff. de religiosis et sumptibus funerum. Quam interpretationem communem testatur Menetius in lg. interpositas n° 3 C. de transactionibus, et pro omnibus qui plures refert doctissimus Marro in tractatu annalitico de pro herede gestione consideratione 32 a n° 18 usque ad 26. Pro qua interpretatione facit quod voluntas potest ab actu separari, ita ut actus sit simulatus, et non habeat agentis voluntatem lg. 3 ff. de oblig. et act., et toto tit. plus valere, quod agitur, quam quod simulate concipitur.

N° 14

Quae sententia valde difficilis redditur ex textu in lg. cum in plures § locator horrei ff. locati ubi actus protestationi contrarius vitiat illam protestationem. Ad cuius explicationem observandum est praetermissis Bartoli, et aliorum solutionibus, quod horrearius ex natura officii tenetur de periculo mercium in horreum inductarum iuxta textum in d. lg. cum in plures fin. ff. locati, et cum mercedem pro custodia accipiat tenetur etiam de culpa levissima lg. qui mercedem ff. locati, et solum liberatur si merces pereant casu fortuito lg. dominus horreorum ff. locati lg. 1 C. eodem, quo supposito vera ratio decidendi illius textus est, quod introducens merces in horreum non videtur consentire protestationi horrearii sed potius dissentire lg. filius familias 2 § irritum ff. de procuratoribus lg. penulta ff. de furtis. Unde cum protestatio illa non dependeat ex sola promittentis voluntate

sive protestantis

siue protestantis debuit horrearius merces illas non recipere iuxta protestationem suam eas vero recipiendo perinde obligari, acsi protestationem remisisset. Non obstat ultimo textus in lg. 1 § fin. de auctoritate tutorum, ex quo clare colligitur tutoris auctoritatem per metum præstitam ipso iure nullam esse, ita notante Bartulo ibidem et Panormitano in cap. 2 de his, quæ vi, vel metus causa gesta erunt. qo et pacta quia in d. lg. 1 § fin. fuit compulsus tutor vi præcisa, et absoluta, atque ita nullo modo consensit secundum quam vim intelligi potest textus in lg. qui testamento § fin. ff de testamentis, textus in lg. 1 § remouet ff de postulando; secus vero procedit in tutore coacto vi compulsiua, siue conditionali, qui consentire dicitur sine oppositione textus in lg. 3 § inuito de bonorum possessione, qui loquitur de eo, qui expresse non consentit, qui inuitus appellatur, non vero in eo qui vi conditionali, siue metu bonorum possessionem agnouit.

N° 15 Sed licet hoc ita se habeat iure ciuili, iure tamen prætorio longe aliter constitutum est, nam prætor asperitatem iuris ciuilis corrigens ut alias docet Iustinianus in § cæterum inst. lib. 3 de legitima agnatorum successione, et naturalem æquitatem considerans, quam præ oculis eum semper habere communis docet per textum in lg. quod si Ephesi 5 § fin. ff de eo quod certo loco, ne dolus suus inferentis per occasionem iuris ciuilis contra naturalem æquitatem patrocinaretur, contra resfragante regula legis non fraudanti 135 verso nemo de regulis iuris lg. si duo ff si quis cautionibus, lg. ita demum 36 de receptis arbitris edictum proposuit, quo pollicitus est quod metus causa gestum erit se ratum non habiturum lg. 1 ff illo tit. ac ideo prætor vim passo fauet negotijs imperfectis per exceptionem, quæ perpetua est ne aliter si annalis esset defraudaretur edictum actione ex contractu metu celebrato intra annum non intentata, vel etiam per actionem de eo quod metus causa ex rescripto principali, quod prætor pronunciauit sententia interlocutoria consilio Ulpiani, ut ipse refert in lg. metum 9 § sed quod prætor ff eodem; in negotijs vero perfectis per actionem, quæ a primis verbis edicti quod metus causa cognominatur, de qua late disputant Doctores per textum in § quadruplum, et in § item actio inst. de actionibus, Ulpianus in d. lg. metum d. § sed quod prætor, quæ actio personalis est, et annalis in rem tamen scripta. Neque obstare debet textus in d. lg. metum § volenti, ubi in rem actio competit ei qui metu coactus dedit rem suam: quia propter fictionem, quam refert Paulus in lg. nemo ff de restitutione in integrum, res in bonis eius est, qui vim passus fuit d. lg. metum § licet; et ideo rescissa acceptilatione vg.a per quam quis in metu coactus rei suæ petitionem amisit, in voluntate eius est utilem actionem in rem a prætore restitutam intentare, ut rem recuperet, vel actione personali, quod metus causa experiri ut vel rem, vel re non restituta quadruplum consequatur, et hoc est quod interpretes docent facta per metum, vel vim a principio valere attenta iuris ciuilis subtilitate, rescindi vero ex post facto, nempe per actionem, quod metus causa descendentem ex prætoris edicto, ita resoluunt post alios quos ipsi referunt Menetius in lg. interpositas C. de transactionibus num.° 4

Nauarrus in cap. accepta, oppositiones nº 8 de restitutione spoliatorum, Donellus lib. 12 comment cap. 7, Rebufus 2 tomo ad institutiones Gallicas tractatu de rescissionibus contractus glosa 13, Angelus in § quadrupli nº 36, Azon in summa anº 2 usque in finem, quod edictum ipse Pretor confirmat d. lg. iuris gentium 7 § pretor ait hoc nrõ ttº ibi: dolo malo pacta conuenta non seruabo, quo dolo malo etiam pacta metu celebrata contineri interpretandum ex lg. si cum exceptione 14 § ubique ff de eo quod metus causa lg. 4 § fin. de doli exceptione.

Nº 16 Redeamus iam ad nostrum sumus et ad rem forte subtiliorem, minime etiam pacta conuenta contra bonos mores pretor seruare equum iudicat lg. 6 C de pactis lg. si stipulor 35 de verborum oblig. lg. stipulatio 61 ff eodem lg. fin. C de pactis, lg. 134 in principio de verborum oblig. lg. 4 C. de inutilibus stipulationibus lg. sumptus 35 ff de pactis, Nicolaus Vigelius methodo iuris ciuilis parte 5, lib. 15 exceptione 18, Donellus lib. 12 comment. cap. 9. Fortunius Garcia in d. nrã lg. iuris gentium 7, § pretor ait hoc nrõ ttº, Goueanus ad lgm falcidiam in lg. 1517 follio 403, Morla in emporio iuris ttº de pactis in premissis nº 42, Faber in rationali ad d. §. pretor ait, Conanus lib. 5 comment. cap. 5 nº 7, VVesembechius in paratitlis hoc nrõ ttº de pactis nº 2, Gothofredus lib. 2 sue praxis ttº de pactis, subtilissimus Faber de erroribus decade 12 errore 4 nº 4, Couarruuias in cap. quamuis pactum, 2 parte. Sed contra dictam conclusionem tot iurisconsultorum propugnaculis munitam irruunt quam plura hostilia arguta quorum primum tantum inter alia extollit caput, quantum lenta solent inter densas cupressi, ad quod suppono maritum non posse condemnari in solidum, sed in id quod facere potest lg. sunt qui 16, lg. patronus 17, lg. non tantum 20, lg. sicut 21 lg. si cum procuratore 23 ff de re iudicata lg. maritum 12 ff soluto matrimonio lg. rei iudicate ff eodem, lg. diuortio in principio de negotijs gestis, lg. facere ff soluto matrimonio lg. si prior 33 ff eodem lg. si maritus 37 lg. si maritus in id 44, lg. maritus 55 ff. eodem, Imperator noster Iustinianus in § 36, et § dote inst de actionibus, communis preceptor Richardus in d. §§is inst de actionibus, idem in suis manuductionibus ad praxim 2 parte § 9 ubi plura reperies, Donellus lib. 27 comment. ad lgm sunt qui 16, et sequentem ff de re iudicata, et ibi Osualdus littª F. Cuiacius lib. 24 obseruationum cap. 38, Petrus Barbosa in lg. maritum 12 ff soluto matrimonio, tunc que intelligitur maritum posse facere, quando potest deducto eo, quod satis sit ne egeat; licet aliquorum fuit sententia hanc deductionem ceteris tantum personis concedi ut puta donatori, patrono, parenti, lg. cum ex causa 30 ff de re iudicata: quia quamuis in d. lg. cum ex causa hoc beneficium deductionis nominatim donatori tribuitur; et quamuis adiiciatur id ipsum maxime inter parentes, et inter liberos esse obseruandum, non ideo in alijs aliter obseruari declarat, sed maxime in parentibus, et liberis obseruari iudicat, ita Hugo Donellus ubi supra: ex quibus iuris prudentie radijs hoc elucet argumentum.

Nº 17 Pactum celebratum inter maritum et uxorem, ne maritus condemnaretur in id quod facere posset, sed in solidum

tale pactum

tale pactum est contra bonos mores: atqui tale pactum valet: g° pactum contra bonos mores valet. Maiorem propositionem probet pro me textus in lg. alia causa 14 § eleganter ff soluto matrimonio, vbi refert Vlpianus quaesitum fuisse apud iure consultum Pomponium lib. 15 ex Sabino, utrum si paciscerett maritus ne in id quod facere posset condemnaretr, sed in solidum, an hoc pactum sit seruandum, et negat Pomponius seruari opportere, cuius sententiae fuit Domitius Vlpianus hac scilicet ratione quia tale pactum est contra bonos mores, quippe cum contra reuerentiam, quae maritis exhibenda est id pactum esse apparet. Minorem probo ex eleganti dispositione textus in lg. 1. § cum autem in exactione C. de rei vxoriae actione in quo extat rescriptum ab Imperatore nro Iustiniano ad populum vrbis Constantinopolitanae nullo pacto adhibito condemnari maritum in id quod facere potest, quia hoc aequissimum est, et reuerentiae debitum maritali: g° pacto adhibito condemnabitr in solidum, sed tale pactum est contra bonos mores ut extat probatum, et confirmat praeter Bartolum, et Immolam, Pluthar chus in opusculo de praeceptis nuptialibus docet glosa in cap. pactionis 5 lt.° de pactis. Cuius difficultatis obuicem repellessi ommissis alijs solutionibus traditis à glosa, ut tutiorem amplecteris hanc, quod cum antiquitus ex lege duodecim tabularum exigeretr dos constans numero, vel mensura actione rei vxoriae annua, bimma, trima die lg. aliud ff de pactis dotalibus lg. 3 de annuis legatis, lg. cum in fundo § penult.° de iure dotium, Cuiacius in comment. ad Africanum tractatu 5 in lg. 4. de dote praelegata Franciscus Conanus lib. 2 comment. cap. 10 n° 9. Postea Imperator noster Iustinianus rei vxoriae actione sublata lg. 1. C. de rei vxoriae actione rescripsit per actionem ex stipulatu dotis exactionem celebrari, non annua, bima, trima die, sed omnimodo intra annum in rebus mobilibus, vel se mouentibus, vel incorporalibus, caeterum quae solo continenter illicó restituendis d. § cum autem vers.° exactio C. de rei vxoriae actione.

N° 18 Quae decissio procedit si nullum pactum adhibitum fuerit lg. de die 4, et legibus sequentibus ff de pactis dotalibus, ex quo verba nri §.i interpretanda censeo ibi; *ut si matrimonium fuerit disolutum nullo pacto adhibito in tantum quidem maritus condemnetr in quantum facere potest*: quae verba non sunt referenda ad condemnationem mariti in id quod facere potest, ita ut si pactum fuerit condemnari in solidum tale pactum seruari deberi (cum adhuc casu quo mulier manet et insepulta nulla ratione ratione habita fauoris religionis maritus tantum possit conueniri ut illam sepeliret in id quod facere posit lg. quod si nulla 28 de religiosis, et sumptibus funerum) sed illa verba solent referri ad exactionem dotis ut pacto in contrarium adhibito dos non exigi debeat annua, bima, trima die, vel intra annum, sed ut conuentum fuerat reddatr d. lg. de die ff de pactis dotalibus, ibi: *de die reddendae dotis hoc iuris est ut liceat pacisci quâ die reddatr*, et Iure Consultus Claudius in lg. sequenti eumdem casum prosequitr, ibi: *id est ut citius reddatr*, et Iure Consultus Paulus inferius ibi: *ut autem longiori die reddatr dos conueniri non potest*: quae decissio fulget ex hac ratione

quod deterior conditio dotis fieri non potest lg. Attilianus 17, lg. cum maritus 29 ff de pactis dotalibus; illustrat Suarez de Mendoza ad lgm Aquiliam lib. 2 cap. 2 sectione 12 nº 16, subtilissimus vir Antonius Faber in rationali ad lgm si unus 27 § ne pactus ff de pactis; neque obnubilare potest ratio solutionis clarissimam veritatem textus in lg si unus 27 § ne pactus hoc nro 11º, ubi postquam fuit conuentum ut pacta die dos redderetur potest fieri per pactum ut reddatur annua, bima, trima die, quo casu deterior fit conditio dotis, quia minus soluitur tempore § si quis agens, verso tempore inst. de actionibus, et dies solutionis sicuti summa pars est stipulationis lg. 1 § editionis ff de edendo. Nam responde, quod actio de dote, quoties redit ad ius quod ex natura eius tribuit, non fit causa dotis deterior, sed formæ suæ reddit, aut ut ita dicam non tam fit deterior, quam non melior ex illa prorogatione unamquamque rem redire ad suam naturam.

Nº 19

Huc respexisse Pomponium non dubito relatum â Domitio Ulpiano in lg. Pomponius 6 ff de pactis dotalibus, qui negat valere conuentionem in qua maritus paciscatur se dolum dumtaxat præstare, siue quod idem valet se culpam in re dotali seruandam non præstaturum: quia per huiusmodi pactum deterior conditio dotis efficeretur, sicque esset publicæ utilitati repugnans, dotes enim conseruare publice interest lg. 2 de iure dotium lg. 1 soluto matrimonio, Suarez de Mendoza ubi supra nº 16. Quæ conuentio rata esset in alijs contractibus, lg. si ut certo 5 § interdum ff commodati, lg contractus 23 de regulis iuris lg. si seruus 27 § si calicem ff ad lgm Aquiliam, quo Domitij Ulpiani responso speciale apparet eo in casu in actione locati debere locatorem teneri de culpa leuissima contra d. lgm si ut certo 5 § nunc videndum ff commodati, contra d. lgm contractus 23, nisi aliter fuerit conuentum hac scilicet specialitatis ratione quia quisquis aliquam artem publice exercet, hoc ipso videtur peritiam in ea ostentare, atque ita perinde habetur ac si pro perito se locasset lg. si quis 9 § Celsus ff locati, itaque ideo agi potest cum artifice culpæ leuissimæ nomine: quia tacite conuenisse videtur se exacturum exactissimam diligentiam, cui opponitur leuissima culpa ita Doctor Suarez ubi supra â nº 2 usque ad 10. Ex qua specialitate prodit ut si data esset gemma insculpenda eo pacto, ut periculum ad artificem pertineret, tale pactum seruandum est, ita ut cum per hanc conuentionem, siue pactum videatur augeri contractum, lg. 1 § si conuenit, et § sæpe ff depositi, lg 9 de duobus reis cum in artificio locato veniat culpa leuissima neccessario interpretandum est detrimento artificis rem esse, vel si perierit absque culpa eius propria lg etiam quæritur 13 § si gemma ff locati.

Nº 20

Quod supradictum in § eleganter extendendum arbitror ad personam mulieris: quia cum eadem sit ratio æquitatis idem seruandum est lg. illud ff ad lgm Aquiliam. Neque obstat hoc beneficium tribui marito ob reuerentiam illi ab uxore debitam lg. unica § cum autem C. de rei uxoriæ actione, et eodem modo pactum â marito celebratum ut possit condemnari

in solidum

in solidum contra bonos mores, quia econtra reverentiam, que maritis exibenda est, et maritus nullam (interpretari)
reverentiam uxori debet, quia triplex ratio est cur beneficium hoc tribuat marito una quidem illa citra contro
versiam mariti propria quod uxor ei reverentiam debeat, altera illi cum alijs multis comunis, quod
coniuges inter se socij sint matrimonium enim societas est, et quidem arctissima l. 1. de Rit. nuptiarum l.
1. de act. rer. amotarum. Prior sane ratio in uxore locum non habet posterior, que sola perseuat,
est ut hoc illi beneficium etiam ut marito tribui debeat cum sit indubitatum id sine exceptione omnibus
socijs tributum esse de hi sunt qui ff de re iud. que ratio exprimitur a Scto in ● l. ex diverso in fine ff
soluto matrimonio 3. et ult. ratio est quia beneficium alicuius artis offi vel ministerij qualitatis
personalis pariter censeri comunicatum uxori eo ipso quod sit marito tributum, d. l. non tantum 20 de re iud.
neque obstat tex. in l. semper 5. § immunitati, nam privilegio, que navicularijs dant ipsis legibus pres (de iure immunitatis)
cribunt, ut uxoribus non competat, et sic cum leges id exprimant non poterunt eis uti cum expresse prohibeant
illustrat Amaya comment. lib. 10. cod. tit. 39. n.º 20. neque item contrarie partis assertores quidquam contra nos
moliunt existimantes l. 1.ª cod de uxoribus militum decisionem procedere in illis uxoribus, militum, que in mi
litiam cum suis maritis proficiscunt, ut ratione peregrinitatis et quia quodammodo militare videant tale privi
legium habeant, quo excludunt cetere, que domi remanent, etsi mariti militie operam dederint. Bar
bosa in l. quod tale n.º 26 nam respondendum est non aliud privilegium concedi militibus, nisi in castris, pre
sidijs, vel expeditione sunt l. 3. ibi cum 6.º l. fin. cod. de rest. militum, quare ut eisdem met privilegijs uterent
quoque mulieres necessarium fuit, ut cum maritis in expeditionibus essent, ut in maritis necesse erat, sed
licet nre donis navicula indicto esset, et scopulos evasisset decisionis tex. in d. § cum autem videnti
tamen cupientes evitare caribdim incidimus in sillam, asseruimus enim in supra tradita resolutio
ne pactum adhiberi posse ut exactione dotis fieri posit non annua, bima trima die, vel intra annum ex
constitutione Justinianeo sed scitius ad effugiendum illud absurdum pactum contra mores bonos valere sed ex d. resoluti
ne sequitur equale absurdum, scilicet pactum, ut dos scitius reddat cum sit contra leges ex legibus enim dos red
di debet annua bima, trima die, sive intra annum iure novo vel municipale: quod contra ll. est pactum quo
pacisceit ut scitius dos reddat, et cont. non servandum d. § pretor ait nre legis contra hoc nro tit. cuius
scopuli periculum effugies ommisso fabro, et alijs cum Julio Pascio centuria 2.ª quest. 4. cum dis
tone utrum aliquis pasciscat contra ius commune an contra ius sibi competens si igitur pactum est contra ius com
mune non valet, idest pactum quod fit iure vetante, veluti si quis pasciscat ne futurus dolus prestet
proprie enim contra ius fieri dicit, quod iure vetante fit l. 3.º 29. de legibus l. qui vetante 101. de R. J.
Pactum vero contra ius pasiscentis factum idest quo pasiscens renunciat iuri sibi competenti sine dubio valet
l. pactum 46 de pactis, non enim fit vetante iure, nec valeret si paciscit scitius dotem reddi lex veta
ret quam obrem recte tale pactum valere dicit.

Ulterius pactum celebratum a marito se in solidum per
mitere condemnari esse nullum tamquam contra bonos mores, negant imperatores in l. penul.º cod. de
pactis, quia quilibet potest renunciare suo privilegio sieque etiam posse maritum pacto renunciare
beneficio ne conveniat ultra id quod facere potest Ant. nullam esse huius tex. oppositionem, quia spe
ciale est in casu nri §.i elegant, quod tale pactum non valeat, non tamen assignant rationem specia
litatis, ideoque Bartol. in toto §.º causam esse dicit, quod hoc privilegium dat propter reverentiam, quam uxor
debet marito, ut ex § elegant ex d. l. unica § cum autem expresse constat, et cum pactus renuntiativum
huius beneficij in efectu contineret, quod mulier poset venire contra debitam reverentiam, sic tamquam bo
nis moribus nathibus repugnans valere non debet l. pacta cod de pactis subscribunt Barbosa
in comment. ad interpretationem tit. soluto matrimonio in d. l. alia §.º elegant ff eodem l. ara l.
si quis a liberis §.º sed si filius n.º 94. Covarruvias in 2.ª p.te c.º quamvis pactum de pactis in prin.º
qui pluram tam utilia, quam dulcia administrant, et plures referunt. Ceterum huic recepte solutio
ni nimis videt obstare tex in l. quamvis 11. de in ius vocando, nam quod libertus non posit in ius
vocare patronum nisi prius impetrata licencia a pretore descendit a debita reverentia quam ra
tione nati libertus debet patrono l. 3.ª cod. de in ius vocando, et tamen Sctus in d. l. quamvis inquit

de re iudicata

n. 21.

q.d si patronus in ius vocatus sine venia sponte sua appareat in iuditio non imponit pena liberto quam ius ei imponit quinquaginta aureorum q.d Patronum vocat in ius sine venia; q.o aperte p.t patronum privilegio indulto propt debitam reverentiam renuntiare posse cui oppugnationi resistes hoc pacto, quod non vocari in ius sine venia ex sua natura inteligit non vocari invitum nam cum vocatio in ius ex sui natura importet, q.d invitus veniat l. 1.a ff in ius vocati, ut eant non vocari in ius sine venia per contrarium importavit, ut sine venia invitus in ius non vocet l. 1.a quibus ex causis maiores: cum igit atenta rei natura privilegium Itineat ne invitus vocet in ius si volens veniat non renunciat privilegio immo dumus extra casum in privilegio contentum, quare si patronus permiteret se vocari in ius etiam invitum sine venia non valeret is consensus iuxta regulas d.§. elegant Barbosa uti supra Decius lib. 2. n.o 20. cod. de in ius vocando.

N22 ita ut repugnet bonis moribus non tenet observare hoc iuramentum, q.d non potest facere id q.d repugnat bonis moribus absq. pecato, sic neq. maritum iuramentum q.d in solidum solvat dotem obligare debet, et hac ratione procedit capitulum non est obligatorium de reg. iur. in 6.o Neq. obicias ex tex in c.e cum quidam § ult. de I.e iurando, nam ibi absolutum requirit non a iuramento non loquendi patrem, vel matrem, q.d nullum erat, sed a pecato q.d iurans comisserit, ita temere iurando siquidem manifestum est iuramentum illud fuisse temerarium cum fuerit illicitum c.e int cetera 22. quest. 4.as Lieq. iuramentum prestitum I.a bonos mores obligatorium non est neq. confirmat pactum gestum I.a bonos mores, qui mores ita ad honestatem pertinent, q.d eis I.a rium turpe sit. Redeamus iterum ad promissa arguta I.a principalem conclusionem videlicet pretorem non tueri pacta I.a bonos mores, omninoq. nulla esse I.a quam en 2.m argutum. Pactum hereditatis viventis est I.a bonos mores l. fin. Cod. de pactis l. 1. § impuberi de collat. bonorum l. pactum 3. Cod. de collat. l. hereditas 5. Cod. de pactis conventis l. ex eo 4. cod. de inutilib. stipulat. l. cum donationis 33. in fine Cod. de transactionibus l. pactum 15.a Cod. de pactis l. si q.do 35. ~~in fine~~ § illud Cod. de inoff. testi. l. ult. ff. de suis et legitimis hered. illustrant Guillermus Onzianus questionum academicarum lib. 2.o questione 37. Decius concilio 475. n.o 20 subtilissimus Fab. licet alia ratione de erroribus decade 12. errore 3.o Alfanus Collectanea 93. Conano lib. 5. Iment. c.e 50. n.o 7.o Tiraquel. de I.e primogenitorum quest. 3.a Sed tale pactum observat: q.d pactum I.a bonos mores omnino nullum non est a pretore q. tueri debet minores probat ictus in l. 3. § de illo ff pro socio, l. si quis servum 34. V.o et preterea de action. empti l. non alit 18. de adopt. § cum autem inst.a de adopt. in quib. iurium dispositionib. valent pactiones de hered.te viventis.

Ad id l. Ci Cuyponsum relatio in dict. § de illo ff pro socio ubi ipsi loqui de pactione infinita que capitale pactum [illegible] ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ca bonos mores esse ex veri ficat. Cesat enim ocasio et timor captandis mortis aliene in dic vero le fin et aliis loqui de pacto celebrato super hereditate certi hominis viventis ad alia relata in dic ten aliter ff de adopt. nunc explicanda venit lex turigen § si ob maleficium ff hoc nostro tit ubi asserit, q.d si promissum sit aliquid ne maleficium fiat, nullius est momenti, neq. aliqua obligatio nascit, et tamen I stat turpitudinem non intervenisset in substa. rei promisse, sed in causa, cui dificultati respondendam ibi ictum non probare talem promissionem nullam esse ipso iure sed solum nullam esse quo ad efectum, q.d per exceptionem liberat promissor quasi diceret ictus etiam si talis promisio turpis sit valida ipso iure attamen cum in suo robore non valeat permanere est nulla quoad efectum cum facilis sit eius recissio per exceptionem doli mali ita Doctissimus Cuiatius in d. l. gnlit. et lib. 3.o questionum Pauli in d. l. proximus est, neq. viget decisio tex in l. Titia 134. de V.O. cui boni satisfacies dari discrimen int stipulationem prohibitam a l. q.d turpis iniqua et iniusta sit, et int eam, que solum prohibet, que solum prohibebat, q.d inhonesta est 1. casu stipulatio est nullius momenti. 2.o vero cum stipulatio neq. 2.m bonos mores, neq. omnino adversus eos sit (nam potest esse licitum, q.d inhonestum est l. non omne 186. de V.S.) valida est unde cum in d. l. Titia agerel de stipulatione prohibita, q.d inhonesta est merito ictus asserunt talem promissionem valere, sed eius obligationem exceptione rescindendam esse, ita Maticanzo in repetitione ad tex. in d. l. Titia n.o 27. Pius Boparoio in relatione ad tex. in c.e quintavalis 23. de iure iurando que omnia dicta pacta merito q. I.a bonos mores inquit Pretor, se non servaturum in repetito §.o pretor ait ibi pacta contra ll. conventa non servabo qua prohibitione Itinent pacta I.a bonos mores, que esse I.a ll. inferius dei auxilio clarius et fusius explanavimus.

Lex 3. § de illo ~~[illegible]~~

lex turigen ff d § si ob maleficium.

lex 134 de v.o.

Sed alterum exemplorum agmen venio de alijs pactis, et contractis, que non servari etiam i[n] quit pretor d. §. Pretor ait v.g. si Sponsio fiat pecuniæ ludi causa. l. Solent 2 ff de aleatoribus quia Sena(tus) vetuit in pecunia ludere, et ictus Martianus l. 3. prosequit(ur) adversus casus ibi qui bus ex lb. Titia et Cornelia etiam Sponsionem facere ubi pro virtute certamen non licuit, nam si ludus ille esset ex exercitamentis, que virtutis causa fiunt sponsio, sive pactum valeret l. 2 §. Ictum d. l. 3. de aleatoribus, Suarez in commentarijs ad l. aquiliam lib. 1º c. 2º Sect. 7. si quis certet hasta pila et currenda, currendo, saliendo, luctando, vel pugnando, quod virtutis causa fiat int(er) quos varia ludicra virtutis causa permissa, numerari pilæ ludum liquidum est quo modo intelligit(ur) tex in l. 11 ff ad l. aquiliam ubi cum unus ex his qui pila ludebant, pilam remittens, quam acceperat pilæ ictum fer deret casu quo tonsoris manus, et eo impulsu, gulla servi quam tonsor radebat tonsorio cul tro precissa esset si loco solito, id est campo Martio luderet, ut Romæ ludebat indubitatum fuit non teneri aquiliæ act(ione) pilæ lusorem nihil est enim culpæ residet penes illum, et maritam nam pi læ ludus legibus receptus est, et eodem modo interpretandus est tex in l. si ex plagis 52. § ult. ff eodem ubi cum plures pila luderent, quidam ex his pilam percipere contendens servum impulit, ut alijs pilam preriperet, cuius impulsu, crus servus in terram delapso factum fuit, in qua specie negat ictus Alphenus legis aquiliæ locum non esse, quoniam casu magis quam culpa id videt(ur) factum ex quo pilæ lusoribus s. ludi licitum erat, invicem se expellere, ut docet Doctor Laurentius Ramirez de Prado in suis ad Martialem commentarijs lib. 4º epigramate 19. nº 7. cum nata ludi talis sit ut alij alios invicem se expellarent, ideoq(ue) s. non tenebit(ur), si quidam ut pilam arriperet servum im pulerit, et causa fuerit ut servi plus fractum fuerit ita Doctor Suarez ubi supra.

Ex quibus luris de lineamentis depingit(ur) vera resolutio ad iurisprudentum responsa alias dificilia in l. si gra tuitam 17. §º ult. de prescriptis verbis, et l. ei apud quem 5. §. 2º l. si in asia 12. ff depositi in l. igit(ur) si gratuitam 17. § ult. talis enarrat historia cum duo contenderent in vicem arris depositis apud sequestrem, alt(er) vicit, alter sucumbuit sequest(er) victori anulos nolebat reddere, quesitum fuit que nam actio eo nomine prodita esset et Sabinus putabat furti act(ionem) sequestri ...tenesi sed eius opinio, ab Ulpiano reicit, quod non potest furtum fieri illius rei, cuius nec dominium nec posse ssionem habebat is qui actures erat concludit q(uod) prescriptis verbis act(ione) agendum quamet hi potesi dari actionem depositi sequestrariam aparet ex d. l. 5. § 1. ad quod dignosce diversum esse negotium, de quo agit(ur) in d. § ult. de annulis sponsionis causa depositis sive de pignoribus que redenda sunt victori in ludis in quibus ex legibus Cornelia, et Titia sponsiones fieri per mitebant, sive pacta videlicet ubi erat certamen virtutis non lucri d(ic)t(is) ll. 2ª et 3ª ff de aleatoribus: sequestor vero ut distintionem prosequar is appellat(ur) apud quem plures rem deponunt, de qua lis, sive controversia. l. sequester 110. de v. s. hoc autem negotium proprie est species depositi l. 5. § apud quem cum duabus. ll. sequentibus ff depositi l. si de iussor 7. § ult. qui satis[d]. cogant. Paulus lib. 5. sententiarum tt. 36. § 1. et 2. quoniam cum deponant res de quibus utraq(ue) pars controversiam trahit quodammodo rei in solidum, unius cuiusq(ue) deposita vident, at vero illud dentium sponsionibus, sive pactis cum deponant, ut in q(uibus) rei, que nec propria alterius est nec ei potest dici restitui, cum restitui tantum id possit, quod antea meum fuit actio depositi competere non potest, quamobrem tutius est in proposita specie prescriptis verbis actionem agere d. l. si gra tuitam § ultimo.

Manet igit(ur) sponsiones de quibus in d. § ult. igit(ur) esse illas que in ludis licitis permi tebant, ex ll. Cornelia, et Titia, qui ludi virtutis causa exercent, id est fortitudinis causa Autentico ut omnes in prin(cipi)o collatione 7. et ibi glosa, quedam enim virtutis causa permittunt, que alias non permitterent. l. qua actione §º si quis in collectatione, sive Pancratio ff ad l. aquiliam ubi reperit athletam in publico certamine alium occidentem, non teneri aquiliæ act(ione) ibi: si in collectatione, vel in Pancratio, vel pu

Lex 2 de aleatoribus

Lex 11 ad l. aquiliam

Lex 52 ad l. aquiliam

25

Lex ... ...

26

L. ... qua actione

giles qui inter se exercent, alius alium occiderit, sic quidem in publico certamine cessat Aquilia quia gloriae causa et virtutis, non iniuriae causa damnum videtur datum. quibus athletis se vicissim ob virtutem, et gloriam magna premia instituta sunt, ut observant Pius fab. in suo agonistico lib. 2º c. 9. et Bonfran.cus de Amaya in comment. ad lib. 10. cod. art.º 53. et Athletis inter quae premia primo loco obtinebant coronam quidem inter dum, ex oleastro, lauro, vel pino ut docemur ex Plinio lib. 16 c. fin. et notat Pansirol lib. 2º var. c. 113. que corona si reportabant tribus prelijs consequebant athletae, vacationem numerum l. unica de athlet. lib. 10 cod. et excusabantur a tutela l. si duas 6. §. ulpianus, alias est § athletae de excusationibus tutorum dum tamen tribus coronis meritorum magis quam ambitione, emulorum corruptione quesitis unam Romae reportaverint, quia rigidior virtutis et roboris atletarum fieret indagatio, et gravius iudicium iuris agonistici, ut existimat Pius fab. in d.º tractatu lib. 3. c. 28. quibus etiam preter coronas dabatur pecunia aliqua sive stipendium, quod privato pacto non obligat, l. spes 5. cod. que res pignori obligari possunt, vel non ubi statuitur athletas spem victoriae obligare minime posse, ex imperatoris Alexandri rescripto, sicque tale pactum non debet valere, neque illud servavit pretor quia d.ª ll. pactum illicitum ut inferius asseveravimus d.ª ll. factum dicit, quod specialiter ac nominatim legibus est prohibitum l. contractus 28. ex alijs ff. de pactis

manumittere est facere, et datum fuit ut manumitteres, est contractus stricti iuris nec continet ex natura
sua euictionem ut continet emptio, et permutatio (de qua inferius) qui sunt contractus bone fidei, sed quo
niam equum est te qui manumisisti Pamphilum indemnem seruari existimauit actionem in factum a pretore
dandam esse que competit cum nulla suppetit ciuilis qua possit agi l. quotiens 11. de prescriptis verb.
que Juliani sententia refertur a cto Vlpiano in nostra l. iurisgentium 7. § 1. v. et huius res tt. reprehen
dit vero a iunio Mauritiano ibidem relato, qui rectius asserit non esse opus act. in factum pretoria
sive extraordinaria cum suppersit actio ciuilis prescriptis verbis est enim hic contractus ultro citroque obliga
torius: quia cum dare ut faceres, fecerit quia tu quod ego dedi idem manumisisti quia seruum meum tibi dederam
qui postea euictus fuit, nec datus intelligitur perinde habere debet ac si datus non fuisset poterit quod
ideo in me experiri, quasi minime impleuisse quia cum effectu non adimpleui hec Mauritiani sententia
placuit Vlpiano.

Opponitur vero illi Pauli responsum in l. naturalis 5. § at cum do l. v. sed si dedi de pres n. 8
cript. verb. in quo non tamen oppugnat Vlpiani sententia, quam fides sed cum duos proponat cassus utrisque sunt
referendi dedi tibi seruum meum, ut seruum tuum manumitteres, manumisisti, et is quem tibi dedi
euictus fuit in qua specie ita distinguit Paulus ex eodem Juliano si sciens alienum esse dedi nulla
actio erit, et hic de dolo teneor, ratione quia ex natura teneor dare ut manumittas, dare autem dominium
transferre, § sic itaque discretis 14. inst. de act. l. ubi autem 75. § ult. de V. O. cum autem rem alienam
sciens do animum contrahendi non videor habere, sed decipiendi ideoque ex parte mea gestus contractus non videtur
argo. ex l. 1. de rer. permut. hic est primus casus a Juliano tractatus decissusque quem probat Paulus, nec
improbat Mauritianus, quia de illo non egit, itaque cum sciens dedi seruum alienum, tamquam meum, et tuum
manumitteres tam Julian. quam Mauritianus, et tam Vlp. quam Paul. nullam ex hoc negotio oriri actionem
concorditer putarunt agamus de 2o. casu cum ignorans alienum esse seruum dedi, quo constat casse ~~cum~~
~~[illegible]~~ me habuisse animum contrahendi igitur si postea seruus euictus fuit actionem in factum ciuilem
dandam esse in hoc casu Julian. dicebat, ut alter me impellere compellat cum euicto seruo re uera
non impleuisse ex parte mea video, quam sententiam Juliani tamquam eius refert comprobat Paulus in d. § at cum
do v. sed si dedi: quia idem dixerunt Julian. et Mauritian. cum uterque in hoc casu ciuilem
actionem dedisset: quare vel Paulus, hic vel Vlpian. ibi falsitatis arguuntur ita deprimit cassum et
delineauit difficultatem Decius lib. 2. lect. l. c. 10.

In Vlpiani existimatione tuenda anxie la n. 9
borabant interpretes precipue Rafaelis Fulgosius in d. l. naturalis 5. § quia si facias quem sequitur Mendo
za lib. 3. de pactis c. 4. n. 26. Alciatus lib. 5. paradoxarum c. 5. Doueanus lib. 2. var. c. 18. Ant.
Fab. in rationalibus in nostra l. iurisgentium 7. v. et ideo qui ausus fuit dicere in d. l. naturalis 5. § at cum do a
sundare dictionem ciuilem Cuiacius vero select. interp. disp. 8. cuius explicatio verissima, sed in tanta
dificultate conciliandam triplex solo amen est assignanda quia triplex funiculus dificilius rumpitur
1. est Paulum in d. § at cum do in fine non dictionem ciuilem scripsisse, sed ciuilis, ut sic Paulus ex sententia
Juliani det actionem de dolo contra scientem ex se autem actionem in factum ciuilem hoc est prescript.
verbis contra ignorantem cum enim veteres notarum compendia, et saepe dimidiatis vocibus plerumque scribere
facile fuit imperito scriptori ciuilem scribere, ubi debuit ciuilis ita Cuiacius in iurisgen
tium 7. v. sed si in alium, et diuinitem esse cassum in quo Mauritianus reprehendit Julianum et
in quo illius opinionem Paulus secutus fuit. tres enim sunt cassus primus est cum sciens alienum

cum seruum

esse servum dedi in hoc conveniunt icti utrique enim concessus fuit actionem de dolo dandam esse, non praescriptis verbis. 2.us Casus est cum ignorans alienum servum esse dedit, in quo distinguendi sunt duo casus, vel dedi servum, pone Pamphilum, cum de illo dando nominatim non convenisset, sed de dando servo meo indistincte, et dedi illum cum possem alium dare, vel dedi, et promisi de dando nominatim Sticho 1.o in casu servum do, quoniam licet non possem dare, nisi unum tamen non do, illum, quia specialiter tenebar dare, sed quia servum dare ex meis promisi 2.o casu dabo Stichum tamquam Stichum de quo convenerat, quia nec alium dare poteram, ut pacti fidem adimpleret quod Julian. hic ita considerabat subtiliter, et utrumque negotium distinguebat, nempe si dando indistincte servo meo convenit, et dedi aliquem qui evictus fuit actionem in factum civilem, idem praescriptis verbis dandam esse existimabat hanc speciem, et sententiam refert, comprobat quod Paulus in d. §. at cum dedi, v.o sed si dedi, sed neque probat Mauritianus, aut Ulpian., imo nec tangit in d. §. et ideo de 2.o negotio aliter censebat Julian., si Stichum dare placuit, et non alium sed illum nominatim dedi quod et postea evictus fuit putabat non nasci actionem ex negotio, sed in factum a praetore dandam esse hanc extremam partem notavit Mauritian., et dixit adhuc in hoc casu dari actionem in factum civilem cuius sententia placuit omissa subtilitate Juliani, cuius subtilitatis haec erat ratio quia ipse cum dedi unum ex servis meis nullum videbar habere affectionem specialiter ad eum, quo evicto, aut si scirem alienum esse procul dubio promissione autem dissem alium ex meis ut servum tuum manumitteres cum convenit ut Stichus daret; et Stichus specialiter datus fuit pro manumissione tui servi, et is evictus fuit forte deficiet animus alium dandi, et per consequens contrahendi, quia Stichus erat fugitivus non vero caeteri, et quos ego pro Sticho non facile permutarem censebat Julian. negotium deesse, et ideo actionem in factum fore praecurrendum icto Mauritiano, haec subtilitas non placuit; nam qui vult servum dare, ut alter manumittat, et videt manumitti personam vult, ut dominium pretium servi non perdat; quod si sciret alienum esse saeret animus, vel dandi alium servum, vel solvendi interesse domino interceptio propter manumissionem. quare negotium in hoc etiam casu super esse defendit Mauritianus ex quo nasci possit actio praescriptis verbis.

3.a actio oritur etiam ex diversitate casuum inter iuris gentium 7. § et ideo proponit ictus me tecum convenisse daturum servum, ut tu manumitteres, manumisisti servum, et cum libertas, quae semel competit revocari non possit ex regula iuris, l. 2. vita 9. de manum. vindicta, l. uxores 24. in fine de manum. ttl.o l. sicut semel 20. l. sicut datas cod. de liberali causa cum servus tibi datus evictus fuisset dubium fuit quae actio tibi competeret qua me ageres in id quod tua interest Stichum servum evictum non fuisse, et dubitatio oriebatur, quia servus evictus fuit, non quia alienus, sed quia obligatus erat alicui debito quo casu quia ego adimplevi ex parte mea contractum, quia servum dedi, et talis contractus do, ut facias quia stricti iuris ex sua natura non continet evictionem videbat Julianus quia equum erat dari actionem, et adimplevi stricto iure; dari contra me actionem in factum praetoriam, quae competit cum nulla suppetit civilis qua possit agi; reprehenditur a icto Mauritiano, qui de his respondisse fertur Marcelli, Aurelii, Antonii temporibus, l. augusto 57. de leg. 2. quo ictus Mauritianus asseverabat dari actionem praescriptis verbis, sive in factum civilem quia celebratus est contractus innominatus et videtur me non adimplevisse, quia in effectu non adimplevi, ex quo evictus fuit Stichus quem dedi et vero in lege naturali § servus a me datus fuit, ut Pamphilum manumitteres qui evictus fuit, quia alienus, sicque distinguit Paulus si sciens dedi dari contra me actionem praetoriam, at vero si ignorans dari actionem praescriptis verbis quae sententia Juliani etiam fuit, quia non adimplevi ex parte mea contractum cum alienum servum dedisse.

Per istam actionem praescriptis verbis consequitur quis ut adimpleant etiam illi qui secum contraxerunt vel quanti ipsorum interest condemnent l. si tibi decem 7 de praescript. verb. l. naturalis § cod. eodem quare frequenter non solum nomine et forma sed etiam sui petitione dicunt incerti contractus quia id quod interest incertum est l. si pena § pro de V.O. § ult. instit. eodem tit. et argumento leg. ult. ff. si quis in ius vocatus non ierit quoniam ex arbitrio iudicis pendet l. unica cod. de sententiis quae pro eo quod interest proferentur l. ubi autem 79 de V.O. l. quatenus 24 de reg. iur. quo autem haec actio competat in id quod interest multoties evenitari, ad cuius intelligentiam distingue contractus et concordaveris iura, nam si contractus innominatus est do ut facias vel facio ut facias, si ego vel dedi vel feci, et alter in mora sit evenit petitio et condemnatio ad inte

et condemnatio ad interesse, et regularis in mutuis faciendi obligationibus, seu petitionibus, vel eo demum tempore, quo interest stipulationis non dividunt ut Celsus de V. O. l. 1. in princ. de act. empti. Si quis ab aliis, de re sud. vel ad facti implementum, licet alii contra sentiant in d. l. 1. de act. empti; in contractu innominato do ut des, si ego dedi, ut mihi dares, nec velles ex parte tua adimplere contractum, datur mihi ad implementum etiam actio praescriptis verbis ad interesse propter moram ex qua crescit condemnatio ad interesse quoniam bonae fidei est talis contractus permutationis, do, ut des, de quo plura inferius traditur, si interpellatus congruo tempore, et loco noluerit adimplere datur actio praescriptis verbis in id quod interest, si vero contractus innominatus est facio, ut des, tunc datur actio praescriptis verbis in id quod interest si culpa tua, vel dolo non adimpleveris.

Igitur quod sine culpa, vel dolo tuo adimplere non potuisti cessabit actio praescriptis verbis omnino, neque dabitur ut alter adimpleat neque ad interesse, ita dilucidandi sunt in l. naturalis § § l. v. sed si scyphos et in l. ult. de condict. causa data, causa non secuta in d. v. sed si scyphos Paulus refert, quod si scyphos tibi dedi ut Stichum mihi dares periculo meo Stichum esse, ac dumtaxat securam praestare debere in d. l. ult. proponit Celsus me tibi pecuniam dedisse ut mihi Stichum dares, et cum dubitaret utrum id contractus genus esset emptionis, et venditionis, an permutationis decisum fuit esse permutationis, ex quo data fuit dominium transferre l. ubi autem 75. § ult. de V. O. § sic itaque discretis inst. de act. quae conventio excedit vetustissimos terminos contractus emptionis, et venditionis quoniam licet in eo debet esse animus transferendi dominium l. cum manus Sala 80 § 1. de contrahenda emptione. hec est vera legis ult. explicatio omissa Picsami in § item pretium inst. de contrahenda empt. et ... omissa etiam explicatione Antonii Fabrii lib. 6. coniecturarum c. 10. Corasii lib. 2. Miscellaniarum c. 9. cuius propositi casus responsum probat iuris consultus Celsus, sive confirmat triplici ratione 1o quod si Stichus mortuus sit ante traditionem periculum ad te pertineret, secus vero in emptione, et venditione l. 1 ff, et cod. de periculo, et commodo rei venditae, l. quod saepe 55. § in his de contrahenda empt. l. cum emptor s. de rescindenda l. Lucius 11. de evict. 2o quod servus traditus alienus esse eum tamen mihi tradidisti repetere a te pecuniam potero, quoniam hominem accipientis non fecerit, sed quod causa propter quam tibi dedi secuta non fuit nisi in venditione, et emptione, quod non tenetur venditor rem facere accipientis, id est emptoris l. si servus 30. § ult. ff de act. empti, et venditi. 3o quod si tuus est Stichus, et pro evictione eius promittere non vis, non liberaris quominus a te pecuniam repetere possim aliter in emptione.

In quibus citatis iuribus videatur reperiri oppositione, non illa tamen conciliabilis ex dictis nam in tex. legis naturalis § sed si scyphos asserit ictus Stichum esse meo periculo eo sensu, quo res debitae dicuntur periculo esse creditoris, ut illis peremptis debitor in eis liberetur, nec ab eo iam amplius peti possint, l. si ex legati causa de V. O. l. quod te ff de rebus cred. et si certum petatur, ita ut ipsum Stichum consequi non possim neque quod mea interest act. praescriptis verbis, cum absque mora, et sine dolo, et culpa tua decesserit: non tamen quod illos scyphos a te condicere non potero condictione causa data, causa non secuta contrarium enim docet Celsus in d. l. ult. de condict. causa data dedi enim ob causam, quae si secuta non est condictioni locus factus est, quod condictio eius extitit, et quamvis casus in re tua inciderit, tamen si alteri utri nocere debet, aequius est eum domino nocere, quam mihi. l. pignus cod. de pign. act. et cum duarum rerum diversae actiones sint, etiam si idem debitor sit liberatus, nunquam tamen unius rei liberatione alterius obligatio, aut actio consumitur, l. si pro fure § 1. de condict. furtiva sed contra in proposito, licet aliquis amisso Sticho, licet mihi adhuc scyphos repetere quo modo dici potest Stichus periculo meo esse. neque enim videtur isto modo ullum periculum et incommodum esse meum, sed totum tuum debitoris, nam tu rem tuam amittis, et etiam ea quae accepisti cogeris reddere, ego autem re restituta semper rem meam salvam habeo sed tamen periculum et incommodum in Sticho meum est finge enim multo pluris valuisse Stichum, quam scyphos si de Sticho quo periculo meo licet non agere, neque etiam in id quod mea interest (licet contrarium versus enunciatis dicat Dorel. lib 14. comment. c. 21. n. 5. in commentariis ad tit. ff. de praescriptis verb. lib 29. digestorum c. 7. in fine) manifeste eo interitu id mihi perire, quanto minus repetitione scyphorum consequi possum.

Ex dictis etiam intelligitur praeterea duos est tex. in l. si gratuitam 18. § si margarita de praescriptis verbis in quo talis narratur historia dedi tibi margaritas stimatas, et quamvis stimatio faciat plerumque emptionem l. cum dotem l. quoties s. cod. de iure dotium l. unica § sed et novissime cod. de rei uxoriae act. l. plerumque 11. § si ante matrimonium v. secutis negotiis de iure dotium l. Maevia 56 § fundus stimatus ff soluto matrimonio in dubio quod praesumitur illa stimatio quae facit emptionem l. cum fundus 3. ff locati tamen aliquando cum res stimata traditur summa pretii declaratur idem pretium tamen non venditio contrahitur l. cum post divortium 10. § cum res de iure dotium l. inter virum et uxorem 21. cod. eod. l. servos 35.

N. 12

N. 13

N. 14

Si tam.

ff fam. Erciscunde, quod supposito si margaritam stimatam tibi, vt ea dedi mihi afferres, vel pretium eius. Deinde ea periret ante venditionem dubium fuit cuius esset periculum quo casu respondet Labeo cum distintione, quod et iuris consultus Pomponius scripsit si quidem tu me rogasti tunc esse periculum si vero ego te rogaui meum esse si neuter nostrum sed dumtaxat consensimus teneri te actenus vt dolum et culpam mihi prestes. actio autem ex hac causa vtique enim stimatoria prescriptis verbis l. 1. ff de stimatoria act. licet non sine veterum altercatione alij enim actionem ex vendito propter stimationem nasci putabant, alij ex conducto quasi operam conduxisses, alij mandati 1° casu cum se obtulit venditor id est ille cui res data erat, vt venderet promisset quod vel rem vel stimationem reddere videtur suscepisse periculum, nam promisit alterum eorum reddere quod ei facere necesse est alioquin frustra id promisisse quod certum est cum res vendita pretium, non vendita rem restituere debere cum autem sibi proijcit in alterum casum, vt rem sibi stimationem restituat etiam ea non vendita potestatem habet retinendi rem, et stimationis que dicta est soluendi, quare periculum agnosci, quasi eam sibi emerit, quo 1° casu propter hec illam margaritam datam repetere non potero condictione causa data, ex quo ea non vendita potestatem habens retinendi rem et stimationem soluere si sic quod neque ad rem dabitur mihi condictio dicta, neque ad pretium illa vendita dabitur actio prescriptis verbis, sed potius ex vendito propter stimationem nisi propter dubitationem antiquam vel venditio tutius esset mihi agere act. prescrip. ver. d. l. si gratuitam 2. 2° casu meum erit periculum nisi dolo tuo periret mihi enim imputari potest cur industria illius elegerim. argo §. preterea inst. quibus modis re contrahitur obligatio 3.° casu si neuter nostrum rogauit non videres tibi emisse, sed ego qui tradidi hoc animo stimo ille margaritam, vt tanti venderes quo vlt.° casu propter dolum et culpam nihil prestobis et si velis tibi retinere margaritam, non potero et antequam vendam licet mihi rem repetere et si tu venderis dabitur mihi stimatoria prescrip. verb. act. ad consequendum pretium taxatum, et si perierit ante venditionem culpa, vel dolo tuo dabitur etiam mihi act. prescri. ver. ad idem pretium quo tibi dedi margaritam, vt illam venderes non vero in plus. nam quod mea interest, quod non perisset et venderet. solum est stimatio assignata, et pretium taxatum.

1215 Sed huic iuris consulti Vlpiani responso opponitur aliud eiusdem Vlpiani in l. 1. § stimatio autem ff de stimatoria act. vbi sine distintione dicit periculum eius esse, que rem stimatam accepit ibi solum illius esse dicit ictus cuius rogauit at quorum textum stiones omisso acursio, Arone, Bartulo, et alijs ex antiquioribus, omisso etiam Ant. fab. in rationibus ind. l. gratuitam 18 § si margarita, et in l. 1. § si stimatio, de stimat. act. vide fran. Conanu lib 7. comment. c. 15 n.° 5. asentiendum ite intiores in omnibus contractibus semper expectandam esse eorum naturam, cui si quid adiiciat videndum quo id animo fuerit adiectum vel voluntate contrahentium accipiatur probatque aliquibus exemplis quorum 1.us est vlpiani in l. 3. §. 2. ff pro socio, in eo qui pecus stimatum accepit pascendum, vt preter dolum, et culpam nihil prestet et si id ipsum deberet, etiam si nulla stimatio fuisset, tamen hanc id circo interuenire putat vt certum sit, quod pro luendum erit, si stingat ea ita perire vt eius stimatio prestanda sit socio: idem dicendum in locatione. Nec obstat quod Paulus ait in l. quero 56, § Paulus vlt.° ff locati ad quod scrupulum consule eumdem fran.co vbi supra, et Ant fab in rationibus ind. §. 2.us exemplum in commodato, vt si equum locem aut comodem stimatum, stimatio censetur opposita vt si pereat culpa eius cui comodatus est, certum sit quid sit soluturus: quibus tamen omnibus hanc vnam exceptionem adendam putat, si is qui quocumque ex contractu accepit stimatam, promisit se rem, aut stimationem restituturum, tunc enim periculum ad eum pertinet, non se in illius, vt rem vel pretium restituat, at rem non potest quod perierit, ergo ad pretium tenetur non mere quod rem stimatam accepit, sed quod promisit se stimationem soluturum, et cum promiserit pacto suo, tenetur ad pretium eius rei quam dare non potest, quomodo accipiendum arbitror dictum eiusdem vlpiani ad d. l. 1. § stimatio de stimat. act. dicit enim ibi promissum aut rem restituendam

tuendam, aut stimationem de qua convenit: at cui simpliciter res stimata traditur non convenit de stimatione, sed his qui eam se praestaturum promisit quod dicendum in d. § si margarite ubi sic ait: neque ut dem tibi margaritam vendendam, addas que de ea te eam, aut pretium ejus dictum restituturum, videris promitti tu rem, aut stimationem mihi daturum, itaque tuum erit periculum, qui cassus vere innominatus contractus do, ut facias non est, cum, nec penitentiam admittat, nec conditionem causa data, causa non secuta, sicque actio praescr. ver. ex isto negotio non nascetur, nisi ut supra dixi, sed utilis ad minus dabitur ex vendito actio, quia sine emptio, et venditio, vicinior, et similior est illi si me ego te rogavi ut eam venderes, et redderes, vel eam, vel pretium non propterea, tu accepisse videris, nec promisisse eandem stimationem soluturum, nisi eam quam ex eo, ejus venditione, consequeris si vero nihil de hoc re actum est, aut promissum periculum dominum rei sequitur sicque meum erit atque dolus et culpa praestabitur.

Sed contra supra traditam doctrinam actionem praescri. ver. solum dari ad implementi secundum regulas quia ex de l. agentis S. § 1 in id quod illius interest, vel cum non adest causa propter quam crescat stimatio quia alter in mora non fuit vel in contractu facio, ut des, in quo mora insufficiens, causa non est in potestate implendi ex culpa vel dolo non ad implendum, ad rem ipsam competere, l. ult. cod. de rer. permut. obstat tex. in d. l. cum precibus 4. cod. de rer. permut. ibi: *si vero nulla stipulatio intercesit praescrip. ver. actio est, vel ut fides placiti tibi serviet, vel quod alterius accipiendi fundi gratia dedisti causa non secuta restituat.* ex quo Imperatorum Diocletiani, et Maximiani rescripto infertur actionem praescrip. ver. non solum competere ad id ad implendum tis interesse, sed etiam ad repetendam rem priam datam, post causam non secutam; cum ad dictam repetitionem detur ... priam conditio causa data, causa non secuta l. ult. ff eodem ex quo etiam rescripto inferri videtur in potestate esse illius qui convenit utrum praestare malit etiam in vito actore rem suam an quod interest, an id quod accepit. ad 1.um respondeo quod in illo tex tractatur ad quid potest agi in illo contractu innominato, et responsum rescribunt Imperatores dari illi, qui adimplevit actionem praescrip. ver. ut fides placiti serviet id est alter ex parte sua contractum adimpleat, vel ad interesse condemnet, et conditionem causa data, causa non secuta ad rem datam restituendam. Ad 2.um vero responde, illa verba supra tradita, non tam significare esse in potestate illius, qui convenit quid malit praestare, quam referri ad arbitrium, et electionem actoris vel conditione ad rem suam agere, vel act. praescrip. ver. l. 1. cod. de rer. permut. et quemadmodum is qui noxali act. experit alterutrum consequitur vel plenissimam indemnitatem vel noxe deditionem, quamvis noxe deditio non tam in petitione sit, quam in praestatione l. miles 6. § decedere iudicata: ita, et agit act. praescriptis ver. ex permutatione v.g. contra eum qui ex parte sua contractum implere recusat alterutrum consequitur, vel id quod ipsius interest ei praestet vel ut quod datum est restituat; sed cum hoc differentia quod in noxali act. deditio tota est in arbitrio, et electione illius qui convenit etiam in vito actore; restitutio autem ejus quod ab actore datum est, non est in arbitrio et electione rei nisi actor qui praescrip. ver. agit consentiat.

Sed obstat tex. in l. 1. § igitur ~~ingenuo~~ ff. de rer. permut. in quo post plures differentias repetitas in quo inter legis inter contractum nominatum emptionis, et venditionis et innominatum permutationis ult. differentia, ex his quas Paulus refert est quod in emptione datur actio ex empto adversus venditorem ad id omne, quod emptoris interest si nolit venditor rem tradere l. 1. l. ex empto 11. § 1. de act. emptionibus l. si in venditione 60. l. evicta 70. ff de evict. nec permittit emptori pretium quod dedit etiam si id malit repetere, l. ea conditione 14 cod. de rescindenda venditione l. in civile 12. cod de rei vindicatione at in contractu permutationis habet electionem actor, qui rem ex parte contractum adimplevit an malit rem, quam dedit repetere vel agere act. praescrip. ver., hec tamen differentia a Paulo tradita 2. illius mentem contrarium tamen infert ex verbis ibi igitur ex altera parte traditione facta si alter nolit rem tradere non in hoc agemus verumque quod interest nostra illam rem accepisse, de qua convenit, sed ut res non tam nobis reddatur conditione locus est quasi re non secuta, que ut desitus cum ipsius Pauli mente illa verba scripta in ult. hujus §. verborum in hoc agemus sic accipit debere existimo, ac si adiectum esset omnimodo ita v.g. non in hoc agemus omnimodo in id quod interest nostra illam rem accepisse de qua convenit, quod electionem actor habet, vel agendi in id quod interest act. praescrip. ver. vel repetendi quod datum est conditione ob rem dati re non secuta hec mecum aliquando cogitavi postea tamen inveni hanc solutionem comprobatam a Fabro in rationalibus in l. 1. de rer. permut.

4°

N. 18 Sed hec omnia destruere videt[ur] dificilis tex in l. heredi § § 1 vers[iculo] quinimo de [con]ditione c[aus]a data c[aus]a n[on] secuta, nam supra ut certum aseveramus dari hanc actione[m] prescriptis ver[bis] sive a re sive ad int[er]esse solum ad implementi ex p[ar]te sua [con]tractu, et n[on] alio casu, l. 3. cod. de rer. permut. [con]tra q[uo]d obstat dictus dificilis tex in l. 3 vers[iculo] qui nimo ibi enim dedi viginti ut servum intra certum certum tempus manumitteres dubium fuit an si servus decesserit repeti viginti posit, in qua dubitatione paulus ait si post id temporis decesserit quo manumitti potuit repetitione[m] esse, sin minus cessare repetitione[m] [con]dictionis c[aus]a data c[aus]a n[on] secuta, quinimo et si nihil tibi dedit ut manumitteres placuerat tamen ut dare[m] vestro tibi p[ro]pte[r] actione[m] que ex hoc [con]tractu nascit[ur] idest [con]dictione[m] defuncto quoq[ue] eo ita dicimus ubi supra pauli secutus sententia[m] ex qua ult[ima] decisione ita e forme coligi id dicit n[on] ad implementi dari [con]dictione[m], sed a fortiori debet esse act[io] prescrip[tis] ver[bis] q[uia] n[on] ad implementi dat[ur] actio prescrip[tis] ver[bis] minor p[ro]bat[ur] nam hec [con]dictio n[on] c[aus]a data c[aus]a n[on] secuta ex quo talis [con]dictio e[st] ipsius rei datae, et [com]petit q[uan]d[o] id p[ro]pt[er] q[uo]d dedi secutum n[on] fuit l. domus 52 § in summa 65. § q[uo]d ob re[m] 4. de [con]dictione indebiti et ego nihil dedi nec fuit q[uo]d posse ea [con]dictione repeti, p[ro]bat etia[m] q[uia] hec [con]dictio hic nascit[ur] ex p[ro]prio [con]tractu ibi que ex [con]tractu nascit[ur] et subtilissimus faber docet [con]dictio c[aus]a data c[aus]a n[on] secuta n[on] tam nascit[ur] ex [con]tractu innominato, quam ex equitate ipsa quit[ur] que n[on] patit[ur] ut q[uo]d ego tibi dedi penes te remaneat si ex p[ar]te tua [con]tractum n[on] ad impleas deinde n[on] e[st] [con]dictio ex c[aus]a penitentie, que etiam illi [com]peti qui dedit, ut id repetat si eum penituerit dedisse, l. si cum pecunia 5. de [con]dictione c[aus]a data, q[uia] [com]petit actio prescrip[tis] ver[bis] que [con]dictio e[st], q[uia] ita expedit separando re, facere, oportere q[uia] n[on] ad implenti dat[ur] actio prescrip[tis] ver[bis] ad hanc gravissima[m] dificultate[m] n[on] placet suspectum fabri testimonium qui hunc errorem triboniani esse audet afirmare nec decursij et aliorum solutio qui supponit intervenisse stipulatione[m], nam hec solutio impugnat[ur] ex prin[cipio] d[ict]i § 1 vers[iculo] quidi ide[m] eode[m] casu asserit ictus q[uo]d si n[on] du[m] tempus manumissione[m] asignatum p[rae]terierit dari [con]dictione[m] ex c[aus]a penitentie que n[on] daret si esset talis [con]tractus stipulatione valatus.

N. 19 Hanc obiectione[m] tollere conat[ur] donelus lib. 14 [com]ment c[apitulo] 22 licet doctrina[m] n[on] acomodavit mote dificultati; asserit enim doctissimus vir proculi sententiam esse que refert ibi ab ulpiano, ipsam aute[m] ulpianum n[on] p[ro]bare p[er] omnia ipse enim ulpianus diserte eam temperat in l. § § 1. vers[iculo] sed ubi accepit ff. c[aus]a data, c[aus]a n[on] secuta hoc modo cum sine mora accipientis stichus decessit, qui manumitti debuerat, cessat repetitio, si is qui manumittere debebat distracturus stichum fuerit quasi demi distraxit, q[uia] ad manumissione[m] servabat; q[uia] si distracturus n[on] fuit nominati addit ibi de[m] ulpianus repetitione[m] [com]petere, quasi si stichus casu perierit, decederet enim inquit et si debitor n[on] accipisset ut manumitteret, et eisde[m] tentis casu, et distintione asserit ulp. si nihil tibi dedi ut manumitteres, placuerat tamen, ut dare[m] [com]petere tibi actione[m] prescrip[tis] ver[bis] quam distone[m] et solone[m] n[on] improbo, imo laudo, sed responsio tibi, cur hic distinctione trade dit ab ulpiano si do tibi viginti, ut servum tuum manumittas et n[on] tradit si do tibi dece[m], vel viginti, ut mihi stichum des; et cur videt[ur] adimplevisse illum qui manumittere debebat stichum, et n[on] manumissit, q[uia] mortuus fuit, etiam si ille esset distracturus, et n[on] casu quo dedi, ut mihi stichum daret de vendi distonis audi Don Joan de Perez specul lib. 2. sect. c[apitulo] 7. recordare q[uo]d distonis ulpiani

Ulpiani, cuius n. meminit, qui existimat distinguendum eum cui dedi ut faceret, vel daret, ex quo mihi utilitas resultat, et eum cui aliquid do, ut aliquid faciat ex quo nihil mihi comodi resultat in 1°. casu propter utilitatem do; in 2°. vero obsequium, et propter eam causam do, in 1°. casu si alter n. facit, vel dat semper verum e. causam propter quam dedi secutam n. fuisse; in 2°. casu cum per me n. stetit, quominus manumitteres, de me queri n. potest, quia imperium suum n. contempsi, quare frustra diceres causam secutam n. fuisse verum e. enim illum semper obsecundasse; qui nimo si nihil tibi dedi ut manumitteres placuerat tamen si moriatur Stichus tibi competet prescrip. ver. actio, quasi impleuisses. hec tota subtilissima, sed n. e. conformis dictioni Ulpiani Audite alia.

Existimo Ulpiani reperiri in casu in quo do ut manumittas n. vero in casu quo do, ut des, vel facias quia illo casu potest dici servari Stichum ut illum manumitteres adueniente die, et quod alit distracturus esses, sicque perdidisti, quantum potuisti Stichum servando, et propter hoc in damno reperireris, si tibi datum repeti posset, et n. datum petere n. posses Mortuo Sticho, quem distracturus fuisses, cum vero do ut des isto casu iam distraho, et ideo servo sicque omni casu mihi ad implenti, si n. dedisti, vel fecisti datur condictio causa data, causa n. secuta et si res qua a te erat adimplendum perierit nulla tibi dabitur actio. N20

Sed dices, si actio prescrip. ver. condictio e., eiusque proponende ea formula fuit, si apparet eum mihi dare, facere, oportere, cur datur quando res propria restituit, l. si gratuitam 17. § Papinianus l. apud Labeonem 20 l. duo 28. de prescrip. ver. contra iuris principia rei scilicet proprie n. dari condictionem, § sic itaque discretis inst.a de action. Solutio petenda e. ex formula antiqua que sic concipiebatur, si apparet dare, facere ue opportere suffiebat quod alterutrum ex his probare, quia dis iuncta erant, quamuis coniunctiue proferebant, l. sepe 53. de V.S. quare uti poterat condictione Dominus respectu possessionis, et tunc intendentis condictionem hac formula si apparet, dare, facere ue opportere sufficiebat probare, facere, opportere, quia possessio condicebatur, que tota facti e., l. denique 19 ex quibus causis maiores, quare ut certam suppono, istam actionem prescrip. ver. esse personalem, quia personalis actio e. que ex obligatione nascitur l. licet §. ea obligatio, de procuratoribus, que quidem e. personalis n. quia cum persona extinguitur, ut usus, et usufructus, que ad heredes n. transmittuntur l. penult. cod. de usufructu § finit inst.° de usufructu, sed quia personam obligati tenet, et eius ossibus adheret l. actionum 2 de oblig. at. et act. ita enucleanda decisio tex in l. 1. § impuberi de collat.e bon. in qua loquens Ictus Ulpian. de act.e 4.e competenti impuberi arrogato ex rescripto Diui Pij in questione an ad heredem suum transferret 4.e actionem decreuit ad heredes transire, quia personalis actio e., actio enim personalis n. dicitur, quia cum persona extinguitur, et ad heredem n. transit ut servitutes personales, sed quia numquam excedit personam obligati, et quocumque vadat semper eum comitatur, ad heredem quoque transit obligatio, cum in universum ius defuncti succedat eademque persona cum defuncto censeatur, ideoque recte dicitur in d. §. impuberi actionem transire ad heredem quia personalis est. N22

Ulterius hec nostra actio prescrip. ver. tunc competet quando ceterę usitatę actiones deficiunt l. 2. et 3. de prescrip. ver. l. 1. de estimat. act.e l. 6. cod. de transactionibus. Padilla in l. natis 5. § 1. de prescrip. ver. n.° 17. fab. de erroribus decade 83 errore 6. Conan. lib 7. c.° 15. n.° 11 quod defendit totis viribus Alciatus lib 4.° paradoxarum c.° 2. unde cum ex contractibus innominatis, nulla competat actio vulgarium recte competit actio prescrip. ver. ut patet ex toto tt.° de prescrip. verbis intdu ta men actio prescrip. ver. concurrit cum alio iuris remedio, ut in precario receptum video l. 2 § 1. l. duo 19. § ult. ff de precario sed obstat tex in l. 2. cod. de pactis inter emptorem, et venditorem in quo dedi tibi fundum ea l. sine pacto, ut mihi quandocumque pretium offerenti eum reddas, in qua conuentione scriptum e. ut fides pacti seruetur dari mihi actionem prescriptis verbis vel ex vendito: quod cum datur certa, et usitata actio datur actio prescrip. ver. ut respondeam distinguo pacta, et incontinenti adiecta, que eformant contractum, et actionem, et pacta, que transformant, et euertunt contractus; illa sine dubio pariunt actionem ipsius contractus in istis veterum sententia in dubio erat dari actionem N22

pres

prescrip. ver. l. si vir 12. de prescrip. ver. Sabinianorum scilicet, et Proculeianorum. Sabinus enim putabat actionem ex contractu formari, l. si convenerit 6. cod. de rescindenda vendit. l. fundi parte de contrahenda empt. l. si sterilis 21. § si tibi l. tenet § si vendidi de act. empti ad quam sententiam movebantur cum pacta in exordio contractus adiecta ipso contractu contineantur mirum non est, tamquam ipsius contractus cohaerentia venditionis eadem actionem producere l. Iurisgentium 7. § quinimmo ff de pactis Donel. lib 12 comment. c. 11 Stevardi lib. variarum c. 1. contra vero Proculus dicebat in l. si vir uxori 12. de prescrip. verb. dari actionem in factum aiebat, hac scilicet ratione, quia cum pactum addat emptioni non tam ad contrahendam, quam ad dissolvendam obligationem tutius erat agere act. prescrip. ver. cum recte dubitatur an danda sit actio ex pacto quod distrahendae obligationis gratia factum est, postea tamen imperatorum Divi Veri, et Antonini declaratione decissum fuit ut scribit Ulp. in l. si fundus 4. de l. commissoria, ex vendito actionem competere in pacto simili cum imperatoris Severi rescriptum interpretaret in l. imperator 19. de in diem addictione, quod obtinuit ex quo pactum recissorium, et similia emptionis partes esse, et quodammodo pretii partem obtinere decissum fuit, quod si in eo emptio contracta non esset, sicque huic rationi consentaneum fuit dari dictam actionem argo tex. in l. sed celsus § 1. de contrahenda empt. l. si sterilis 21. § si tibi de act. empti unde manifestum est Sabini sententiam prevaluisse ante rescriptum imperatorum Veri, et Antonini non constare, fuereque non mulli icti, qui pro Sabino contra Proculum aut econtra non sunt ausi iudicare, sed diversa utriusque sectae opinionem respondentes vel actionem ex vendito, vel prescrip. ver. accommodarunt l. Labeo § de contrahenda empt. ita hac admissa rixa dicit Ludovicus Romanus lib. 6. observato c. 15. quem sequitur Velasco de variis veterum alterationibus l. si fundus 4. de l. commissoria, licet contra sentiat Cuiac. lib. 2. ad edictum in d. l. si convenerit 6. Noster vero Iustinianus, postea utramque decessit l. 2. cod. de pactis inter emptorem, et venditorem

Obstat etiam dispositionis decisio tex. in l. si quis 13 § si libero homini ff commodati qui mihi bona fide serviebat, quasi servo, vel commodavero: questio fuit an heredem mandati actionem vel comodati, si iussisem illi vel aliquid faceret, decissum quod a Cto Pomponio dari actionem comodati, vel prescrip. ver. quod probat authoritate Celsi filii qui aiebat quod si eodem casu iussisem ut aliquid faceret dari ~~actionem mandati in l. si procuratorem ... in actione mandati~~ actionem mandati vel

N. 23 prescriptis ver. quem sequitur Iulian. in act. mandati in l. procuratorem § si liber homo ff mandati quae decisio 1.° est contra rationem 2.° est contra Paulum, et Labeonem in l. atqui natura 20 § si libero homini de negotiis gestis ubi eodem casu decidit dari actionem negotiorum gestorum, ratione ibi tradita quod non libera voluntate exequitur bona fide possesus res sibi mandata, sed quasi necessitate servili, quam rationem competebat tex. in l. si mandavero 22 § ult. ff mandati sequitur d. Bartol. post alios in § si libero homini l. si quid 13. ff commodati solutio ad 2.ª difficultatem ut 1.° re sequeretur petendam ex veterum rixis inter Capitonem et Labeonem illum sequebantur Sabinus Cassius, et alii istum Nerva Proculus, et alteri: ab illo Sabiniani ab isto Proculeiani appellati sunt inter quas rixas hec fecit an predicto casu daretur actio mandati, sive negotiorum gestorum, Celsus et Proculus in l. 13 § si libero homini ff comodati aiebant dari actionem comodati, vel mandati ratione ibi tradita: Labeo vero in d. l. atqui natura 20. § si libero homini dari actionem negotiorum gestorum aiebat propter rationem etiam ibi traditam ultra hanc questionem asseverabant Celsus et Proculus dari simul cum act. comodati vel mandati actionem prescrip. veri, vel quando cum dubitaretur de act. competitura afirmabant Proculus et celsus dari actionem comodati, vel mandati quod contra illius sectae opinionem illo proposito casu erat celebratum comodatum, aut mandatum vel actionem prescrip. verb. quod semper ac dubitatur quae actio vulgaris competat tutius est agere act. prescrip. ver. l. si gratuitam 18. de prescrip. verb. vel asseverabant predicti Proculus scilicet et Celsus dari actionem comodati vel prescrip. ver. non simul, sed aut unam, aut alteram itaut casu quo non deberet dari actio comodati, daretur actio prescrip. ver. non vero negotiorum gestorum ut Labeo et alii asserebant, quod si aliquid deficiebat ad mandatum celebrandum abiud a bundabat a negotiorum gestorum actione. =

Advertte etiã q. etsi alig. det ppia actio tamen ppt. controversias ictorũ, sed tamẽ de nomine actionis tutius erat agere actĕ prescrip. ver. d. l. 18. l. rogasti n. l. Titius ~~&~~ de prescrip. verbis, et ibi Cuiacius in commentariis ad Africanũ tractatu 8. ne actor eligens actionẽ de qua dubitabat an cõpeteret a cãa caderet, cũ adhuc, qui cadebat a sillaba cadebat a cãa § ite 33 instĭ. de actionĭ. licet hec subtilitates postea fuerint sublate l. 2. cod. de formulis sublatis, de qua actione plura dicunt Donelus lib. 13 digestorũ ad ttm. ff. de prescrip. ver. Padilla in l. natis ff eodẽ Ant. Gomez lib. 2. var. cᵒ. 8. Vesenbequius in paratit. is ttˡ. de prescrip. ver. Immunis Preceptor Pich. § fuerat antea 29 instĭ. de actionĭ. q. 28 et 29. Conan. lib. 7. comment. cᵒ. 15. Cournasero Selectarũ iuris interpretationũ dispᵉ. 8. Duarenus ad eudẽ ttm. Mendoza lib. 3. disputationũ cᵒ 4ᵒ. Covarruvias lib 2. var. cᵒ. 27. Contius lib. 1. suc cessivarũ cᵒ 13. N 24

2ᵒ. distinguunt cõtractus innominati a cõtractibus nominatis, nã ex illis nascit cõdictio cãa data, cãa ñ sequta, l. 1. et toto ttᵒ. de cõdictione cãa data, cãa ñ secuta, l. 1. cod. de cõdictione ob cãã datorẽ rõne negotij ñ perfecti, licet ppt aliãs rõnes generaliorẽ cõpetere sentiat Fabinrati bus l. 1. de rer. permutᵉ. ex istis vero ñ nascit. ut senti Menchaca usufrequentiũ cᵒ. 59 nᵒ. 20 que quidẽ cõdictio sive repetitio tunc datᵉ qᵒ. cãa sive l. sive cõdictio, que pro eodẽ accipiunt (l. 3. l. 4 de cõdict. ob cãã datorũ l. legẽ cod. de pactis, l. ea lege toto ttᵒ. cod. si mancipiũ fuerit alienatũ ~~eee~~. l. si repetendi cod. de cõdictᵉ. ob cãã l. 3. cod. eodẽ) ppt. quas cãã legẽ. sive pactũ cõdictionẽ qᵒ. dedi secuta ñ ẽ l. similitẽ. ff. l. dᵃ. cod. de cõdictᵉ. ob cãã dat. l. domus 52. l. in summa 65. § qs ob rẽ de cõdictᵉ. indebiti, itaq. desiderat hec repetitio, quatuor ut refert Donel. lib. 14 comment. cᵒ 20 ut quid datũ sit, ut sit datũ ob cãã, ut aliquid sequat, ut ob cãã ñ in honestã et cãa ñ sit secuta. lᵘ ut quid datũ sit unde repetitio, et cõdictio datorũ d. l. si milite ff. et inscriptione ipsa ti cod. de cõdictioneᵉ cãã dat sed repetitionis et restitutionis verbũ satis prius aliquid datũ esse arguit. datũ accipiemus ñ solũ, q. natit datũ ẽ, sed etiã qᵒ. civilit idẽ qᵒ ñ vere datũ iure tamẽ pro dato hẽt l. siquis 4. l. mulier 10 de cõdictᵉ. cãa data, cãa ñ secuta in quibus creditor cui debebant puta decẽ, ea debitoris suĩ accepto tulit, ut is aliquid faceret ex pmissorũ, v. g. daret si debitor ñ det ex premissorẽ; placuit ea decẽ ei cõdici posse, ñ actᵉ. ex stipulatione, que per acceptilationẽ sublata fuit §ᵒ. ite instĭ. quibus modis tollit obligo: qᵒ cõdictione cãa data, cãa ñ secuta, sive cõdictᵉ. ob cãã datorũ, sed replicabis quomodo cõdictᵉ dati ẽ repetendo rei ubi nihil datũ ~~ĩure vide decẽ~~ proponit ex pre dictis relucet solũ Nalit hic nihil datũ ẽ iure vero decẽ pro datis hẽnt, hac scilicet rõne qᵒ. ordo rei gerende futurus erat, ut debitor decẽ debita solveret creditori, creditor ea accepta, traderet eidẽ debitori, ut rursus apud eũ essent, ut antea: qᵒ eidẽ cõsequit per acceptilationẽ, recte qᵒ. Iabolenus scribit in d. l. si mulier 10 nihil interesse utrũ ex numeratione pecunias ad eũ sine cãa an per acceptilationẽ pervenire, sicq. fictione brevis manus, ut evitet circuitus Ulp. in simili cassu in l. 3. § ultᵒ. de donatᵉ. int pecunia ad debitorẽ pervenisse existimat

Ab istis prescriptis ~~verbis inquo tex. talis~~ ascendo ad altã explicationẽ tex in l. ob cãã 9 de prescrip. ver. inquo tex. talis pponit cassus debebas mihi decẽ, et tibi Caius alia decẽ accepto ttos tuli ut mihi Caiũ delegares; fidẽ cõtractus ñ adimpleuisti, dubiũ fuit, que mihi daret actio decisuq. fuit dari prescrip. ver. actionẽ, ut alt adimpleat, l. legẽ cod. de dolo, ñ vero restaurari veterẽ obligonẽ, sed pmissa prestari, aut cõdemnationẽ sequi; quibus verbis ñ negat ictus Papinionus dari cõdictionẽ cãa data, cãa ñ secuta ad decẽ repetenda: sed negat cõdictionẽ cõpetere, ut veterẽ obligo suscitet que ñ potest. l. int stipulantẽ 83. § sacrã de V. O. l. quiris 98. § aveũ de solutᵉ. itaq. sensus dᵗ legis q. ẽ si fidẽ pacti ñ adimpleuisti, dat mihi actio prescrip. ver. ut tu adimpleas si hanc actionẽ eligo postea agit de utraq. actᵉ. ita iudicis offo ñ veterẽ obligo restaurabit, ad hancq. suscitanda dabit cõdictio cãa data, cãa ñ secuta; sed pmissa prestabunt id est decẽ q. antea pmissa erant per cõtractũ stipulationis prestabunt ac si numerata esset aut cõdemnatio sequet ut cõdemnet, qui sic delegat. N 26

N27 Dicit etiam requiri ad hanc conditionem ob causam datorum ut quid datum sit ut excludat casus, vel negotio in quo factum est, aliquid ob aliquam causam manumissionis scilicet, ut mihi aliquid dares, vel faceres, vel emancipavit, quibus casibus si ex parte mea implevit datur mihi actio praescriptis verbis ad compellendum eum qui non adimplevit, ut impleat, non vero conditio causa data, causa non secuta quoniam facta, infecta fieri non possunt l. in dello 12. § facti de captivis et postliminio reversis, qui casus est exceptio regulae supra traditae: loco huius conditionis, datur actio de dolo l. cum proponas 4 cod. de dolo, si dolus aliquis arguatur non praestes id de quo convenit, sed ut si malis praestes quanti interest mea factum non fuisse, quod feci quae doctrina enucleatur text in l. naturalis § 4. quod si faciam de praescriptis verbis ubi haec proferunt verba si fuit conventum, ut ego facerem ut tu dares, vel faceres, et postquam feci cesses dari nulla erit civilis actio, et ideo de dolo actio dabatur, ac si diceret ictus, ut Accursius interpretatur in d. §. quod si faciam actionem praescriptis verbis et de dolo competere ad diversa actionem praescriptis verbis ut fides placiti servaretur, competere actionem vero de dolo competere loco conditionis causa data, causa non secuta, et ut addit Donel. lib. 14 comment. c. 35. tunc competet actio de dolo, quando aliquis dolus arguitur, quo casu non datur actio praescriptis verbis sicque competunt non solum ad diversa, aut asserit Accursius, sed etiam in diversis locis et casibus ut addit Donel. idem ius reperiri iudico, si celebratum transactio per contractum innominatum, veluti discedo a lite ut aliquid mihi des, nam si ego discedi a lite idem lites remisi et postea non est secuta causa ut mihi scilicet dares cessat conditio causa data, causa non secuta l. si profundo 33. cod. de transactionibus l. mota 6. cod. eodem in quibus discessi a lite causaque non est secuta et tamen non datur mihi conditio praedicta ad suscitandam lites, sed actio praescriptis verbis ut fides placiti servetur, sub hac tamen distinctione, nam si actor querellam in aquilianam stipulationem deducat, ac deinde acceptilatione verum liberet extinguunt querella inofficiosi testamenti et obligatio sicque
feci quod factum revocari non potest, idem quod feci ut dares, et tale factum revocari non potest, obligatione extincta suscitari non potest non datur ita conditio: si vero pacto remittatur actio cum non remittatur quin e iure civili maneret l. 5. cod. de pactis ita ut alter non adimplet potest lite tuto experiri, et si obiceretur pacti exceptio illa replicatione doli infirmari potest, sive apud acta 28. cod. de transactionibus statutum fuit non dari conditionem ob causam datorum speciali ratione odio scilicet litium, ne demortuae suscitarentur lites, et ut aliquis carum finis sit cui valde ius studet, l. ult. ff pro socio l. quidam 22. de rebus creditis l. fratris 10 l. quaesius 39. cod. de transactionibus, qua ratione si conversio conventum fuit inter nos ut tu a lite discederes, et ego fundum dares, et cum dedissem noluisti a lite discedere non datur mihi conditio causa data, causa non secuta ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ad repetendum fundum l. cum proponas 21. cod. de pactis sed actio praescriptis verbis ad compellendum te ut ex parte tua adimpleas.

N28 Sed obstat tex in l. 3. de conditione causa data, ubi proponitur me tibi centum dedisse, ne ad iudicem ires quaesitum fuit an condicere possem id quod dedi si mihi per te non caveat ad iudicem non ire decissumque fuit sub distinctione, nam si dedi ut promittat condici poterit, si non repromittat, si ut non eat conditio cessat quamdiu non it: quod si aliquid dedi ut a lite discederes, et ex parte mea implevi; et possum compellere et mihi ire permittas actionem praescriptis verbis et repetere rem datam conditione causa data, causa non secuta quod est contradictum, sed satisfacies cum Fab. in d. l. 3. negotium de quo agit in d. l. in stare transactionis esse, sed non esse proprie transactionem, quoniam cum inspicienda sit forma tractandi l. si procuratorem 6. ff mandati, et transactio semper incipiat a dimittenda actione et decidenda lite et per contrarium in proposita specie, pecunia data fuit ne ad iudicem iret non transactio quae a datione incipit, et non a pacto decidendi litem: nec ita convenit ut extingueret sed quasi extingueret per conventionem de non adeundo iudice, itaque quaevis transactio quae quod fiat per innominato contractus, tamen aliter celebratur, quam in illa specie, veluti quando convenit desinere a lite, neque et postea, vel remissa fuit actio vel res data l. si profundo 33. cod. de transactionibus.

N29 Ultra istas exceptiones de regulam supra tradita dari conditionem causa data, causa non secuta in contractibus innominatis datur alia non minus subtilis, quae sic se habet, si tibi dedi ut mihi dares, vel faceres, et mora

quod tibi

q. tibi dedi ea cā e ut per rerū naturā prestari n̄ potest, veluti si dedi ancillā, que ate scio manumissa ē n̄ dat' nrā ᴐdictio; licebit tamē mihi agere adversus te in id q. mea intest ancillā data tā n̄ esse, erit q. in ea re de dolo actio, que senta ē legis cū ppones 4ª. Cod. de dolo Sed hec ita sunt si dare data revocanda velit experiri, et dolus tuus arguit, si vero velis, ut fides placiti adimpleas dat mihi actio pres. ver. que actionis plurimū differunt ī illa famosa, l. 1. de his qui notant' infamia l. penult. de integrum restitutione; ista nequaquā; actio de dolo intra biennium ᴐpetit ~~~ ᴐpetit l. ulta. cod. de dolo actio pres. ver. ut civilis perpetua ē inst.a de perpetuis et temporalib. action.

Sed his tamen, et aliis minime refragantibus verissima est nostri tex. Conclusio in cuius quidem decidendi rationem plura doctores minus ... ut constat ex late traditis a Stephano Budeo, in l. final. ff de edilitio edicto Castillo lib. 1 de usufructu cap. 38. Feliciano de censibus in pro... ... n.° 19. Garcia de nobilitate Glosa §. Morla in emporio iuris prima parte tit. 6. Sed per hos lata manu farra mihi colegisse iubabit ... ... simulque et maxima usufructus pars in aperto consistat prelibare oportet concessionem factam alicuius rei in nostro iure extendam esse ad omne id sine quo talis concessio effectum nusquam sortiret in modica coercione comprehensa sub iurisdictio... ... ut tex. elegans in l. 2 ubi Longobardus, Goueanus, et Duarenus ff de iurisdictione in mandato ad exhibendum comprehensio sub mandato ... petendum est tex. in l. ad rem mobilem 56. ff de procuratoribus, in mandato de tabulis exhibendis comprehenso sub mandato de legato petendo est ... tex. in l. ad legatum 63. ff de procuratoribus in grado vel in clivo comprehenso sub servitute itineris est tex. in l. servitutes 20. §. l. ... ff de ... 16 pred. ... comprehensa sub itinere est etiam tex. in l. 1 ff de servit. rusti. pred. iuncto ... eod. tit. hic similiter etiam ... specie ea quippe ratione usus comprehensus intelligitur sub usufructu, sive usus fructus, sive fructus legem, nec alio quis fructus inutilis esset quem ... commoditas usu fructui adesset, si fructuario uti ad necessitatem domus neutiquam licuisset, ... affirmat usu comprehensus ... ... non tanquam servitutem sed tanquam commoditatem debitam usufructui ita enim hunc tex. interpretantur Morla, Pinelus, et Castillo ubi su... ... faber in rationali ad nostrum tex. et in rationali ad l. huic stipulationi § 1 ff de usu, et habitatione, sed ultro omnes quos videre ... ... executione, interpretatione, observantissimum ad propositum semper habui tex. in l. penult. ff de usufructu legato docet Consultus usu... ... legato olivas inmaturas ad usufructuariam pertinere, quod cum illa percipiant ad usum et commoditatem domus sue potius quam reditus ... maturis, quam si mature fuissent invenire quod procedit quod potius usus et necessitas patris fam. atenditur, quam reditus fructum qui ex vendi... ... resultare poterant, late, et eruditione plura comulauit Cicero lib. 1 de legibus.

Ex qua decidendi ratione ad nostrum tex. non insubsistit a commodata ... iura sucum acciperunt 1.° venit interpretandus tex. in l. sed etsi de fructu 15. alias lege per servum 14 § sed si de fructu ff de usu et ha... ... ubi docet Consultus alicuius fundi ius apud tres diversos posse consistere, ut primus habeat usum, secundus fructum tamen ... tertius propietatem nudam, falso quod defendimus scilicet fructum non posse esse sine usu cum constet in supradicta specie secundum cui de... ... legatus fuerat fructus cum tantum sine ~~fructu~~ usu habere, que quidem dificultas adeo gravis visa est Budeo in l. ult. ff de edilitio ... et affirmavit cognitam antinomiam versari inter nostrum tex. ad d. l. sed si de fructu, cuius quidem doctrina merito reicienda est ... preterquam quod responsio Iustiniani in l. 2 cod. de vetere iure enucleando repugnat non contraria sed potius diversa sunt hec ... consultus responsa, ut ex infra dicendis apparebit, quare hac omissa interpretatione Caroncius lib. 1 verit. 1 cap. ... Tiraquel lib. ... cap. ... Petrus Faber in l. in tit. ff de R. I. existimaverunt fructum sine usu, quo ad modum intelligendus est ~~tex.~~ in l. huic stipulationi § sed ... ff quemadmodum usufructu cab. et d. l. sed si de fructu sed docent etiam supradicti interpretes usum etiam comprehensum esse etiamsi testator ... ~~tantum~~ legant; quorum quidem doctrina licet adaptari ~~nequit ... docet Consultus secundus~~ potuisset textui in d. l. huic ... stipulationi § 1 ubi testator fructum sine usu legavit, textui in d. l. sed si ~~...~~ de fructu adaptari nequit ubi docet Consultus secundum cui usus ... legatus fuerat eum sine usu habere. quare his omissis, et omissa alia tradita a Castillo Morla, Feliciano, et Garcia ubi supra verius ... est cum Accursio scilicet qui quidem docet usum dupliciter sumi, et considerari posse, nam aliquando sumitur pro servitute usus, que distincta servitus ... ab usu fructu, et aliis servitutibus ut in tit. de usu, et habi. aliquando sumitur pro commoditate, et facultate utendi primo enim casu scilicet ... servitus distincta ab usufructu non comprehenditur sub eo ne detur servitus servitutis ita enim intelligendus est tex. in d. l. huic stipulationi ... l. sed si de fructu 15. at vero secundo casu quando consideratur tanquam commoditas, et utilitas utendi necessario debet comprehendi sub fructu alio... ... fructus inutilis, et sine aliqua commoditate foret, ut supra diximus ad rationem decidendi, tanquam veriorem amplectuntur hanc doctrinam ... in l. stipulationis n.° 12. ff de V. O. Ant. Gomez 2 tomo var. cap. 1 Ant. fab. in rationali ad nostrum tex. et lib. 1 iect. cap. 10 que quidem ... quam plurimum conducit ad intelligenciam plurium iurium, sed cum non alia non satis trita spectant, que dum tanquam cognita adeunt pre... ... faciamus primo interpretandus est tex. in l. in venditioni 8. ff de rebus ~~...~~ auctoritate iudicis possi. l. necessario 8. § final ... periculo, et comodo rei vendite l. arboribus, § usufructuari, ff de usu f. de quorum intelligentia, et antinomia cum § fruit. vers. nasce... ... extraneo inst. de usu fructu videndus est Castillo lib. 1 de usu fruc. cap. 1 n.° 5 Pinelus cum pluribus ab eodem relatis in l. 1 cod. de bonis mater... ... n.° 38. Rursus ad l. si usus fructus ff de iure dotium l. si quis domum 9 § 1. ff locati l. si socerus 18. in fine cod. de iure dotium l. 3. ff si ex no... ... causa agat l. ult. ff de usu, et l. fructus ff de V. S. l. 4. quibus modis usus fructus amittatur, que quidem iura intelligenda sunt supra ... dist. iunctis traditis a Pinelo Castillo ubi supra Sarmiento lib. 3. selectarum cap. 9.

His iam ad interpretes missis ad alia iura, que non multum tradita videntur perveniamus 1º. luce donandus est Ulp. in l. et per iusiurandum 13. § si quis usumfructum ff de acceptilationibus Titius quidem fuit stipulatus a Sempronio usumfructum, postea usum acceptum tulit, Iurisconsultus quid remissum videatur in hac acceptilatione, et respondet cum distinctione, aut accepto tulit Titius usum quasi deinit... hoc est servitutem usus distinctam, et in hoc casu nihil operatur acceptilatio, cum usus non comprehendatur sub usufructu tamquam servitus distincta. Si vero accepto tulerit usum, quasi comprehensum sub usufructu, et quasi commoditatem fructui debitam tunc valida est acceptilatio, ac proinde fructus sine usu manebit, apud stipulatorem ita enim hunc tex. interpretantur Gotofred. et Castrens. ibidem omissa emendatione Ant. Fabri lib. 1 dict. cap. 20. Sed licet hec doctrina verissima sit, re tamen bene perpensa, et subtiliter excogitata plurimum difficultatis continet supradictam responsum... verissimum est quod docet Ulp. in d. § usumfructum acceptilationem valuisse eo casu, quo Titius tulit usum acceptum tamquam ex fructu ut...ditatem; sequitur exinde de fructum qui apud Titium manet sine usu manere, hoc est sine commoditate cum ... illa fuerit accepto lata Sempronio contra nostram doctrinam, qua docemus fructum non posse esse sine ipsa si consideretur tamquam commoditas, aut si hoc tamquam verum non ... aliud inveniens sequitur videlicet supervacuum fuisse acceptilationem, et falso Consultum asseverasse commoditatis seu usus validam esse acceptilationem, et similiter aliam commoditatem apud Titium manere, que quidem difficultas, etsi subtilissima sit, subtiliori tamen modo diluet, ... tunc nam quod vel fructu relicto, usus licet, non tamquam servitus ad minus ut commoditas adsistit, que quidem alijs legari, aut donari minime potest ... cum iam censeatur, et legata, et donata ei qui usumfructum habet ceterum in constitutione ususfructus poterit recte separari usus, et fructus; ita ut unus usum, alius vero fructum habeat, ut in d. l. Sed et si de fructu docet Consultus, quod similiter evenire poterit si post stipulatum usum quis ferat acceptum usum nam licet commoditas adhuc maneat apud fructum tamen acceptilatio utilis fuit, adeo ut iam possit Sempronius alij usum cedere quod eidem antequam acceptilatio celebraretur neutiquam permittebat, ad quam quidem doctrinam confirmandam ut potte auctoritate ... penitus destitutam observo tex. in l. is qui usumfructum 20. ff quibus modis ususf. amitt. iuncto Ant. Fab. in rationali ad eundem tex. docet Consultus, cum qui usumfructum habebat, existimante tantum usum ad eum pertinere, non fructum, usum fuisse tantum; dubitat an si tempore ... cessisset, quo solet servitus perire ususfructus censeatur amissus, et respondet amissum esse ita ut tamen ut usum retineat, quod quidem non ... intelligi de servitute, usus cum illa non fuisset comprehensa sub usufructu, ne daretur servitus servitutis, sed tantum de commoditate ut ... docet Ant. Faber.

Secundo infero interpretationem ad tex. in l. qui usumfructum 58. ff de V. O. ubi supponit Consultus Titium stipulatum fuisse usumfructum a Sempronio postea quoque ab eodem usum stipulatum fuisse, dubitat an posterior stipulatio aliquid operetur; et dicendum est nullum effectum sortiri ... usus ut potte commoditas in usufructu adesset, supervacua stipulatio est cum per eam r~~espp~~ia permittat, valuisset utique et aliquid operaretur si usus non tamquam commoditas, sed tamquam servitus distincta promitteretur tunc enim comprehensa non censeretur sub 1ª stipulatione at ... consequens dicendum est validam esse, cum aliquid promitteretur quod ipsius stipulantis non erat docent Cujacius ~~...~~ in comment. ad tit. de V. O. et Pinellus ibidem in d. l. qui usumfructum.

Tertio interpretor tex. in l. loci corpus 4. § qui iter ff si servitus vindicetur, ut docet confessoriam competere ei, qui actum sine itinere habet, quod contra ... est iuris disciplinae, et precipue nostro responso, nam eadem ratio que convincit, ut fructu, vel usufructu legatus usus censeretur similiter debet efficere, ut actu legato, vel concesso iter similiter debeat, cum constet ex prin. inst. de servitutibus, d. l. qui usumfructum § 8. ... ff ... de novat. semper iter comprehensum esse in actu, ad quam quidem difficultatem respondendum erit cum Ant. Fabro lib. 1. dict. cap. 20. quicquid ... a Bartulo, et Gotofr. in d. l. loci corpus aut enim iter consideratur tamquam servitus distincta ab actu, quo casu nunquam comprehenditur sub actu ... una servitus alterius nisi separatim concessa fuerit, quo quidem sensu intelligendus est Consultus in d. l. loci corpus 4. § qui iter dum affirmat confessoriam actionem habere eum, qui actum habet sine itinere, qua similiter interpretatione intelligendi sunt tex. in l. et per iusiurandum § qui actum l. pupillus § ult. ff de acceptila. ceterum si iter consideretur tamquam pars actus tunc enim necessario debet comprehendi sub actu cum ... possibile sit ut quis habeat actum sine eo quod similiter habeat iter ad agendum.

Ex qua doctrina aliqua notabilia nascuntur 1º. nascit quod si Titio quis actum legaverit, postea quoque eidem iter adimat, nihil operatur ademptio non respectu actus quia actus non comprehenditur appellatione itineris cum plus ~~servitutis...~~ comprehendat nec respectu itineris valida sit quod licet comprehendatur tamquam commoditas, non tamquam servitus, ita intelligendus est tex. in l. 1. ff de adimendis legatis explicant Alciat. in l. qui usumfructum n. 4. de V. O. Zepla de servit. rus. cap. 2. Conanus lib. 4. comment. cap. 11. Nascitur ex dictis 2º. quod si quis in 1º. iudicio actum petierit postea quoque iter petat tamquam idem petenti obest eidem exceptio rei iudicate, secus autem dicendum si prius iter postea actum petierit, quod tunc nulla exceptio adversus eum poterit intentari 1º. enim casu quod post petitionem actus iter petit idem petisse videtur cum necessario iter sub actu comprehensum esset 2º. autem non item cum iter non comprehendat actum, similiter quod et in usufructu si quis post petitionem ususfructus petat usum dicendum erit ei obstare exceptionem rei iudicatae

tale tanquam ei obstat qui rursus petit quod ante petitum erat ceterum si tantum usum petat postea que petierit fructum ei minime obstabit
nam licet ususfructus comprehendat usum fructus non comprehendit sub usu quae doctrina intelligendi sunt ex in l. mat. 11 § qui iter
legitimum 26 ff de exceptione rei iudicatae, docet Bartolus in d. § qui iter Gotofr. et omnes ibidem. His quibus ita cognitis non
obstant rationes dubitandi propositae supra dictae nostrae conclusioni non obstat prima quatenus diximus usum comprehenso sub ususfructu
tum necessario dicendum esse servitutem servitutis dari scilicet servitutem usus, quae quidem comprehendit sub alia servitute nempe
sub ususfructu, quod ex dictis supra facit respondet usum non dari in servitute fructus tanquam servitutem distinctam ab ususfructu sed
potius ut immediatam ob idque nihil in se veniens, nec quidquam obstavit tex in l. 1ª ff de usufructu de cuius intelligentia et interpre
tatione videndus est Antonius de Leon in l. servitutes et in l. 1ª ff de servitutibus Pinelus in l. 1ª 3 parte nu. 6 Cod de bonis maternis
sed licet haec doctrina verissima sit subtili discursu vertenda venit, nam licet eo casu quo usus comprehendat in usufructu tan
quam comoditas dat servitus servitutis ca. dic. l. 1ª ff de usufructu l. tamen si ex alia concessione ei qui habet usufructum, usus tan
quam servitus constituat in hoc casu dicendum erit comprehensam esse tanquam servitutem, ac per consequens dari servitutem ser
vitutis, cui difficultati respondet etiam quod servitus usus constituerit habendi usumfructum non dari servitutem servitutis, nam etiam si
reddit servius in usufructu non tamen adest tanquam comprehensa sub concessione principali, sed ut per se concessa, vel separa
tim fuisset constituta ob idque nec in hac specie nec in prima dat servitus servitutis.
Rursus non obstat 2ª Ratio supra proposita quatenus ex l. usus pars probavimus usum individuum esse, cumque in usufructu conseat compre
hensus, dicendum non videbatur similiter, et usumfructum individuum esse, cuius contrarium docet Cuius in l. 1ª § ususfructus ff ad l. falcidiam, docent
interpretes in l. stipulationes 72 ff de V.O. l. 1ª ff de usufr. acrescendo. l. pomponius 19 quibus modis ususfructus amittat, quod respondet
verissimam esse doctrinam supra propositam nempe servitutem usus individuam esse sicut similiter ceterae servitutes, ceterum usus
fructus dividuus est cuius discriminis rationem tradiderunt Bartol. Angel. Castrensis in dic. l. 1ª § si ususfructus ff ad l. falcid. usus equidem
et ceterae servitutes nihil continent, quod in partes discretas et separatas dividi possit, cum tantum utendi facultatem comprehendant l. via 17
ff de servitut. dic. l. usus pars. ususfructus autem cum in fruendo consistat l. 1ª in princip. quo dicis usuf. l. Mucius 66 § fundi ff de leg. 3 si
mulque et fructuum perceptionem contineat, qui quidem divisionem recipiunt, merito dicendum est usumfructum dividuum esse quam
sequunt Cujatius lib. 7 quest. papin. in l. si ususfructus § ad l. falcid. Cginarius Varro lib. 2 cap. 3 Antonius Faber
tomo Rationalium, in Rationali ad d. l. usus pars, nec ad rem facit quod ususfructus in se contineat usum ut docet Ulpius in nostra
l. nam cum continet tanquam comoditatem deritam manet non vero tanquam servitutem distinctam et separatam docet Donelus lib.
10 Coment. cap. 7 ubi Ovaldus qui plures refert Alexander et Jason in dic. l. stipulationes. Quae doctrina ut rectius per
cipiat accomodatissimum exemplum affero ex l. 2 de operis servorum, l. 1ª de usuf. leg. legato enim servi usu personalis servi
tus est, ob idque nec ad heredes transmittit, nec usuarius poterit eam vendere aut locare l. si servus 20 l. per servidia ff de
usu et habit, et tamen constat operis servi legatis usum datum intelligi l. operis § de operis servorum, quae quidem operae licet com
prehendant usum non comprehendunt tanquam servitutem usus sed ut comoditatem operarum proindeque et legatum seu obligatio
operarum transmittit ad heredes et similiter poterit locari vendi l. 2 de operis servorum dic. l. 2 de usufructu legato, quae om
nia usuario nudo nequaquam permittunt, cum tantum habeat servitutem usus, sic similiter et in usufructu dicendum est, quod licet
usus per se individuus sit, nec ullam accipiat divisionem, tamen si sub usufructu comprehendat dividuus est quod non ut ser
vitus sed ut comoditas comprehensus videt, sicut similiter comprehensum esse dicimus, quo heres in operarum obligatione
comprehensus intelligit. Explicat Antonius Faber 2ª tom. Ratio in Rali ad dic. l. 2 § de operis servor. Gothof. et Castrens. ibidem.
sed haec distinctio individuitatis inter usum et usumfructum dispilis redit ex non malitia dicto Ulpiano in l. si id quod egois ff de duobus reis
nam enim ususfructus divisionem reciperet, quod dubitaret cum pluribus debitum pro parte cuiusque recte solvendum, sicut quolibet res dividua, solvi
ac per consequens duos reos stipulandi effici posse ususfructus, cum unicuique eorum pars ususfructus solvat et tamen docemur a cto indicato
quod ususfructus duos reos effici non posse, quod merito dicendum erit usumfructum individuum esse, et multo melius quod usum comprehendit, in
venit Cuius in dic. l. id quod movium titio et sempronio usumfructum promisisse ita ut duo rei stipulandi efficerent, qui quidem ususfruc
tus non titii erat, ut falso chcurrius. Dubitat Cuius utrum titius et sempronius duo rei stipulandi efficiant, et affirmat non posse constitui
obligationem duorum reorum in hac promissione, quod ususfructus alteri ex stipulantibus dari minime potest quod dicendum est usumfructum indivi
duum esse ex eo quod usus comprehensus videat in usufructu, alioquin enim si dividuus esset, quis negaret ususfructus posse fieri duos
reos stipulandi sicut fiunt et constituunt cuiuscumque rei quae divisionem recipit. Quae quidem difficultate oppressus Cheurrius

in dic. l. eidem sequtus a Castrensi et alverico Existimavit merito promissorem usufructus teneri ex stipulatoribus promissis, nihil

docet non posse constitui duos Reos, nam ad hoc ut constituant, necessarium est quod in cuiuslibet persona obligatio consistere valeat l. cum aliis ff de duobus Reis, quod hic locum habere non poterat, cum usufructus titii stipulatoris fuisset, in cuius quidem persona obligatio consistere non pot., cum nemo stipuletur quod suum est. sed haec doctrina praeterquam quod divinatoria est convincitur expresse exemplo dotis, sic enim quod Cuy docet de usufructu, observandum docet de dote, proindeque siquis dotem promiserit titio aut sempronio inutilem esse duorum Reorum constitutionem affirmat, sicut similiter inutilis est, quando quis usufructum titio aut sempronio promisserat, quare omissa hac interpretatione Acursii et aliorum sequenda est doctrina elegans Antonii fabri lib. 11 coniect. cap. 9 inter alia a iure Requisita quae in constitutione duorum Reorum observant illud praecipuum est quod obligatio Rei in stipulationem deducta possit consistere in cuiuscumque stipulatoris persona nam cum solida cuique debeat, non mirum si cuiuscumque capacitas debeat attendi ter. in l. Reos 11 ff de duobus Reis docet Vlysembiquius in paratitlis ad tit. de duobus Reis et in § huiusmodi instit. eod. ubi Antonius pichardus qui plures Refert. Ex qua doctrina Antonii fabri duo dimanant. primo quod in obligatione dotis non possunt constitui duo Rei stipulandi, nam licet dos dividua sit, et posset pars unicuique praestari, tamen actio de dote in duobus stipulatoribus locum habere non pot., dos enim uni tantum tribuenda est cum mulier tantum uni nubere possit, et ibi est matrimonium, nec dos intelligit. l. 2 ff de iure dotium l. ult. Cod. de donibus propter nup.

Secundo idem observat in usufructu nam licet usufructus dividuus sit ob Rationem supradictam et ob id potuissent usufructus duo Rei stipulandi constitui, cum divisionem Recipiat, et pars cuilibet ex stipulatoribus tribui potuisset sicut in qualibet Re dividua dicendum est tamen cum usufructus in singulis personis proprius intelligatur quinimo si [illegible] concesso usufructu in persona unius stipulatoris, Rursus non pot. concedi in persona alterius obidque merito Cuy affirmat, usufructum non posse duos Reos stipulandi effici non quod usufructus individuus sit cum constet ex supra dictis dividuum esse propter perceptionem fructuum qui divisionem Recipiunt.

Sed haec Antonii fabri doctrina difficultatem patitur ex l. si usufructum ff de iure dotium ex qua docemur usufructum constitutum titio a socero ab alio quolibet, et constitutum in persona mariti, postea soluto matrimonio dubitat Cuy, utrum actione de dote possit uxor Recipere usufructum doceteque usufructum soluto matrimonio ad uxorem pertinere quod usufructus qui constitutus erat in persona mariti, Rursus constituatur uxore ac per consequens dicendum erit usufructus posse duos Reos stipulandi effici, cum in utriusque persona usufructus Recte consisteat, sed huic difficultati breviter Respondet ex mente Pinelli in l. 2 Cod. de bonis maternis 3 par. nu. 99 hic enim usufructus constitutus fuit in persona mariti, et simul constitutus usufructus cedi minime poterit, cum sit ius personale nisi proprietario cedat. unde soluto matrimonio maximum dubium erat apud Cuy quomodo usufructus redeat uxori, constitui quidem in eius persona nullatenus poterat cum iam constitutus est in persona mariti; nec similiter poterat cedi a marito uxori, cum ei soli tantum cedi habeat Respectu proprietatis mulier autem eam non habebat cum penes eum qui dotem constituit Resideret, sed in hoc divortio interrogatus Cuy Respondet uno nummo ne imaginaria dicatur ex l. imaginaria ff de Reg. iuris emptionem inter maritum et uxorem celebrari ita ut locet vel vendat maritus usufructum uxori uno nummo, ex quo quidem tempore eam poterit ea uti frui, sed [illegible] ex inde mortem uxoris esse expectandam ad interitum usufructus, sed tantum mariti in cuius persona usufructus constitutus fuisset sicut mors venditoris expectat eo casu quo usufructus hoc est comoditas utendi et fruendi vendit. l. necessario § cum ult. ff de periculo et com. rei vend. l. in venditione § ff de Reb. aut. iud. possid. cum pluribus aliis supra Relatis.

Deinde non obstat ult. dubitandi Ratio quatenus diximus fructuarium non posse vendere aut locare usufructum cum in fructus esse comprehendat et haec omnia prohibent nudo usufructuario, nam Respondendum erit longum discrimen versari inter usufructum se solum concessum quo casu cum tanquam servitus debeat, non poterit usuarius vendere aut locare, et illud equidem ... servitutem in aliam transferre ex voluntate concedentis, is enim qui usum tribuit tantummodo ad domi necessaria concedere voluit at vero si usus consideret tanquam comoditas comprehensa et divite fructui Rubi poterit usufructuarius vendere et locare usufructum cum omnia haec eidem concedant, ex qua doctrina infero interpretationem ad tex. in l. in venditione § ff de Reb. auth. iud. possid. et interpretor tex. in dic. l. necessario § ult. ff de periculo et com. Rei vendit. 3. tex. in l. 4 ff de novationibus.

finis huius legis.

Ad leg. item Mella 11 § leg. Aquiliæ ff ad leg. aquiliam.

Legis autem § legis autem aquiliæ, actio ero Competit hoc est domino inquit Ulp. lib. 18. ad edictum, relatus in l. item Mella 11. § legis autem ff. ad leg. aquiliam quod quidem responsum et si brevi verborum Cortice involutum, graves tamen difficultates continet tum propter huius propositionis tractationem utilis et dispendiosa tum propter interpretum rixam ratione eius consultura legentis: nam verba hoc est dno subreptitia et ab aliquo interprete adita nonnulli existimarunt quod facile potest suaderi ex his que tradit Cuiatius lib. 27 obs. cap. 11. ubi docet et in l. ni tab. i haec verba scripta esse tantum ei ero dari damnas esto nam apud veteres sive antiquos verbum erus dnum significat, ut constat ex Justiniano in § ult. inst. de hered. et quali. et dif. ad quod alludit Plautus in Curculione sce. 3 durare nequeo quin heri accussem meum et Propertius elegia 22. lib. 2. scis here mihi multas parit pro dauasse puellas, et ex notis Marcello Festo Pompeio et aliis docent ultra Cuiatium, relatum Balduin, ulterius, et fere omnes institutarii in d. § ult. inst. de hered. quali. dif. licet quod haec verissima sunt minime tamen ad quid Ulp. illa verba adiecisset in nro tex. hoc est dno cum eo tempore verum heris dnum demonstraret, et non est credibile in re tam manifesta, et aperta Consultum verba illa velut declarationem adiecisse, ob quod semper illa verba suspecta habui sed ad veritatem nostri propositionis nihil attinet quocumque modo legat cum semper una atque eadem conclusio ab omnibus interpretibus deducatur, scilicet actionem legis aquiliæ, tantum dno, et non aliis Competit, que quidem conclusio ex variis JC locis probatur l. tex in l. 2. in l. qua actione 7. § huic scripture 15. l. ob id 43. cum pluribus ff ad leg. aquiliam l. 1. § credendi ff arborum fur. caes. l. 1. § non alias ff si is qui test. liber esse l. si quis ita § si damnum ff ad SC. Treb. l. si a dno 36 § si possessor ff de petitione hereditatis, l. et eleganter § si servum l. arbitrio 18. § si Drus ff de dolo [illegible] tit. Cod. ad leg. aquiliam cum aliis infra referendis, illustrant, et exornant hanc nostram conclusionem Bartol. in l. liber homo 13 servus hereditarius ff h. t. Paulus Castrens. et Fulgos. in d. l. qua actione Albericus in nro tex. et in d. l. liber homo § si servus hereditarius [illegible] lib. 15. 3ment. q. 26. ubi Osual. [illegible] Covarr. lib. 10 3ment. cap. 4. Petrus Gregorius lib. 38. Syntag. cap. 10. Harmenop. lib. 6. cap. 1. inst. de damno, et iniuria cap. 3. Zasius in catalogo legum antiquarum [illegible] Cuiatius d. lib. 27 obs. cap. 11. et libro Pauli ad edictum in l. si a dno § si possessor, et lib. 19. Pauli ad edictum in l. ut tantum 14 ff de servo Corrupto Ant. Faber et Curatius [illegible] ad tex in d. l. liber homo § si servus hereditarius cum aliis infra in discursu sectionis referendis. 2

Sed licet haec nostra Conclo. tot [illegible] oraculi in tuto esse videatur non desunt plura, que eam evertere ac omnino destruere intendunt, et in primis pro ratione dubitandi illud expendendum est quod si hec actio leg. aquiliæ tantum domino Competit necessario exigit eum dominium habere in re, in qua damnum fuerit datum alioquin non domino tantum sed et cuius interest Competeret, atqui Certissimi iuris est, etiam ac actione iniuriarum experiri posse eum qui nullum dominium habet in re in qua iniuria aut damnum fuerit datum, necessario quod fatendum erit hanc actionem domino non Competere, sed etiam aliis, nec ipsam dominium exigere, huius quod silogismi assumptio evidenter suadet ex l. qua actione 7 ff ad l. aquiliam ubi si filio, tam iniuria aut damnum fuerit illatum, patri actionem leg. aquiliæ [illegible] Concessit; quis quod poterit negare patrem filium in potestate tantum habere vero in dominio: Ob id non nisi adiecta illa clausula ex iure quiritium poterit vindicari ab ipso ut patet ex his in l. [illegible] per hanc ff de Rei vindic. nec similiter poterat Conditi l. mater 38 § liberorum ff de furtis, nec etiam pro noxa a patre poterat tradi, cum eum in dominio non habuisset, licet antea illud ius esset Constitutum et Constat ex § ult. inst. de noxal. ex quibus omnibus id liquet actionem leg. aquiliæ dominium non exigere, ac per Consequens non tantum domino hec actio poterit Competere, sed etiam cuicumque cuius interest rem illam salvam esse ut ex aliis actionibus in iure receptum est. 3

Verum his et aliis Rationibus dubitandi minime Refragantibus verissima est nostra Conclo., et tanquam iuri Consona et Conformis defendenda idemque affirmandum est actionem leg. Aquiliæ tantum domino non aliis etiam si eorum interesset competere, Cuius quidem decidendi Ratio adeo difficilis et obscura omnibus visa est ut eam ex antiquioribus omnes quos viderim omisissent, ex recentioribus vero Antonius Faber in Ratio. ad tex. in l. 2 ff si quadrupes paup. fecisse dicat., docet actionem leg. aquiliæ ideo tantum domino Competere quia lex 12 tab. tantum de domino locuta est, non vero de alio, sed miror quidem hanc Rationem indignam Certe tanto viro cum non Referat motivum leg., sed tantum effectum; nemo equidem ignorat actionem leg. aquiliæ tantum domino Competere [illegible] Rationem propter quam id lex effecerit adhuc apud omnes in tenebris est preterea et illud Cofabram urget, quid si in hoc leg. aquiliæ iudicio de damno Cum diminutione patrimonii tractatur, similiter est de hoc ipso damno propria est actio de pauperie ut constat ex l. 1 ff si quadrupes pauperiem fecisse dicat. Referunt plura [illegible] et Cujatius in paratitlis ad eundem tit. et tamen Constat ex l. 2 si quadrupes paup. hanc actionem de pauperie non solum domino, verum et ei Cuius interest Competituram. Quare his et aliis omissis si quid mei iudicii est in Re tam obscura et a nemine enarrata Cordato tanto Atheneo Comprobanda aut omnino aspernenda, si minus placuerint nonnulla notatu dignissima se

se offerunt pro huius conclusionis vera decidendi ratione et in primis praelibandum est ex quibus legibus duplicem actionem aliquando oriri, quarum una directa, alia vero utilis appellatur, directa vero illa dicitur quae ex verbis legis directe oritur, utilis vero quae aliquando non ex verbis ex mente tamen legis proficiscitur aequitate suggerente, et causa aliqua id expostulante, quae consultos induxit ad ipsam actionem concedendam l. nominis 6 in princ. ff de V. S. cuius iuris quamplurima exempla obvia sunt legentibus iuris occeanum sed tamen quae ad nostram propositum attinentia illa tantum referre libet, quae ad legem aquiliam expectant, nam si quis alienum servum compeditum solverit, ut fugeret si misericordia ductus id fecerit cessat actio legis aquiliae directa, cum ex verbis legis ea solum competat, quando corpori damnum illatum est, verum cum fuga servi in maximum domini praeiuditium fiat ex mente legis licet non ex verbis actio utilis ex consultorum interpretatione inducta est l. et elegant. 7. § si servum ff de dolo, et hoc idem evenit, quando iniuria, aut damnum homini libero illatum est, quo casu actio directa legis aquiliae locum habere non potest, cum hominis liberi nulla sit aestimatio ex vulgatis iuribus, nec ipse homo membrorum suorum dominus l. liber homo 13. ff ad l. aquiliam elegans tex. a ratione in l. intantum 6. ff de appellationibus, tamen quia iniustum et incivile esset damnum illatum non vindicari, ideo actio utilis non ex verbis sed ex mente legis consultorum interpretatione introducta est d. l. liber homo. l. si quis fumo 49. ff ad l. aquiliam, et haec eadem actio utilis non tantum ratione rerum, verum, et ratione personarum introducta est, nam licet actio directa legis aquiliae solum domino competat, tamen si sit persona cuius interest, ratione alicuius iuris licet non directa utilis tamen elargienda est, ut infra latius dicemus, sed instabit quis non in subtilis ad quid horum actionum diversa nomina, cum actio utilis, et directa eundem effectum sortiant, cum nihil intersit an directam, an utilem actionem quis habeat, vulgaris tex. in l. actio 47. ff de negotiis gestis ubi Antonius faber cui difficultati respondet separatas esse a consultis has actiones, ut principiis iuris descendunt quae licet eundem effectum sortiant proficiscunt tamen ex diversa causa, et origine cum una ex verbis eiusdem legis, alia vero per interpretationem ex mente eiusdem docet Alciatus in l. nominis 6. § verbum ex legibus ff de V. S. Antonius Fab. in rationali ad l. actio 47. ff de negotiis gestis etc.

4. Quibus ita suppositis iam nostrae propositionis genuina ratio luce meridiana clarior, et iuris principiis consona demonstravit, ideo cum legis aquiliae actio directa tantum domino competit, quando cum ex hac lege, et directa, et utilis proficiscant si factum, aut persona expostulaverit nihil inconveniens erit tantum actionem directam domino competituram cum alia sit utilis quaeris cuius interest ratione alicuius iuris quod in re habet, quod sua interest possit consequi ex qua verissima doctrina iam huic restituendus venit tex. in d. l. 2. ff si quadrupes pauperiem fecisse dicatur actio illa non tantum domino verum et ei cuius interest concessa est, quod omissa ratione differentiae tradita a fabro ibidem dicendum est illam actionem omnibus competere non solum domino verum, et aliis quibus nulla actio utilis superest ut consequatur id quod sua interest ipsi qui aliquod ius habet in re sicut concessum est in actione legis aquiliae unde aut necessario directam actionem de pauperie habere debebat aut amittere damnum, quod sibi illatum est, cum nulla actio supersit.

5 Deinde ex hac eadem doctrina venit interpretandus tex. in l. locum 17. § si quis servum ff de usufructu ubi proponit consultus occisum fuisse servum, cuius ususfructus alienus erat dubitat an fructuario competat actio legis aquiliae et dicendum erat minime competituram cum solo domino competat ex nostro tex. ususfructuarius non sit dominus nec nullum ius in servo habeat l. recte cum dicimus 25 ff de V. S. l. Mevius 66 § fundo l. cum filius 76 § dominus cum relatis ab Antonio fabro in rationali ad tex. in l. ususfructus 4. ff de usufructu, et tamen respondet consultus actionem legis aquiliae competere cui difficultati ex his quae supra notavimus et ex nostra decidendi ratione respondendum erit, nam dum consultus affirmat fructuariam actionem legis aquiliae habere, intelligendus est non de actione directa, quae solum vero domino competit ex verbis eiusdem legis fuit excogitata et hac eadem interpretatione intelligenda sunt iura alioquin difficillima in nostra l. item Mela in § ult. et in l. usu proprietatis dominus 12. ff h. tit. docent Iacobus de Butrigarius, Angelus, et Baldus in l. 1. § item Iuliano ff de remissionibus, Petrus Costalius in l. ei qui 9. ff de servit. Longovallius in l. imperium n.º 236 ff de iurisdictione Ludovicus vitalis lib. 2. var. lectionum cap. 2. Antonius Fab. in rationali ad haec iura, et lib. 20. coniect. cap. 11. huius enim iuris per elegans exemplum suppeditat consultus in l. apud trebatium 3. § neque fructuarius ff de aqua pluvia arcenda, quo loci docemur fructuarium aquae pluviae arcendae actionem non habere si forte in fundo cuius usumfructum habet, aqua excurrerit nec etiam contra ipsam eandem actionem proponere, ex diametro vero Pomponius in l. si ususfructus 22. ff eodem tit. in eadem specie affirmat fructuario elargiendam esse actionem aquae pluviae arcendae et similiter contra ipsum exercendam, quae iura ex nostra doctrina facile in concordiam rediguntur nam consultus in d. l. apud trebatium § ult. denegat fructuario aquae pluviae actionem, de directa, intelligendus, et interpretandus est at vero dum eam ipsam actionem concessit fructuario, et contra fructuarium de utili iuditio ex legis mente non ex verbis intelligendus est docent Antonius Fab. Ludovicus vitalis, et omnes interpretes supra relati et hac eadem interpretatione intelligendus est tex. in l. si quis servum, § si in servo ff de servo corrupto ubi si ipsi proprietatis domini servum fructuarium deteriorem fuerit

tiu ~~[illegible], sed po~~tius de servo corrupto a dno ussus fructus contra ipsum proprietarium poterit exerceri q. quid dividitur non
directum sed potius utile est cum directum ex verbis legis tantum dno proprietatis competat utile vero ex eius de int.pretatione fruc
tuario ratione ussusfructus quos in servo habet, docent Angelus, et Baldus in d. l. § idem Iuliano et hoc eodem modo intelligen
da sunt iura in l. 1. § ult. cum l. seq. ff. de remissionibus cum l. 1 ff. si ussus fructus petat. omissis int.pretum emendationibus. 6

Preterea ex his be
ne interpretandus tex in l. caedere § § eius actionis ff. arbor. furtim cesar. quo loci exponit a Cto natura et essentia huius actionis et
refert actionem hanc arborum furtim cesarum eandem naturam sortiri ac actionem leg. aquiliae cum hae actiones equales sint et ex una
quaque earum equales effectus producunt, et tamen certissimi iuris est q. si arbores fuerint furtim cese ex fundo cuius usussfru
ctus ad Titium pertineat, ipse interdictum q. vi aut clam et actionem furtim cesarum, et q. magis est actionem leg aquiliae l. caedem
t. in iudicio proponere potuit constat q. actionem leg aquiliae et similiter actionem furtim cesarum n. solum dominis verum et
aliis qui nullum dominium habent competere. Cui dificultati facillime respondendum erit ex supra a nobis relatis nam interdi
ctum q. vi aut clam aut arborum furtim cesarum actio vel lex aquilia ideo fructuario competunt q. n. directe sunt actiones ex
verbis legum provenientes sed potius utiles ex mente a prudentibus excogitate, docet Puteus Contalius Longobalus et alii supra relati.
Rursus interpretatur tex in l. et eleganter 7 § item servus ff. de dolo proponit Ctus Stichum fuisse legatum Sempronio, et ipsum an
te aditam hereditatem occisum esse ab herede quesitum est an legatario competat leg. Aquiliae actio, et respondet Ctus leg. Aqui
liae actionem cesare, quoniam priusquam factus sit legatarii, servus ab herede interemptus sit, q. quidem responsum ex diametro, et iuris nostri
primis principiis, et nostre conclusioni repugnat, nam certissimi iuris est servum hunc legatum adita hereditate retrotrahi ex die mortis te
statoris legatario fuisse adquisitum, cum legatum statim recta via a morte testatoris in legatarium transeat l. legatum 80 de leg. 2 l. a Titio
[illegible] ff. de furtis, unde cum ab herede fuisset occisus mortuo iam testatore, ante aditionem hereditatis, necessario fatendum est actionem
leg aquiliae legatario tanquam domino servi competituram q. quidem expresse negat Ctus, q. evidenter aparet actionem leg aquiliae
domino minime competere. Que quidem dificultas adeo gravis interpretibus visa est, ut in varias incogitant solutiones Accurs.
in d. l. et eleganter § item si servum existimat ideo actionem leg aquiliae legatario n. competere q. tantum fictione iuris
et veritate servus effectus fuit legatarii q. ad inducendam actionem leg aquiliae ca ipsum heredem n. sufficit, que doctrina
minime substineri pot. eo q. fictio idem operat in casu ficto, ac verum in casu vero ut probant vulgaria iura in l. filio quem
pater 23 ff. de lib. et posth. et lex si is qui pro emptore ff. de usucap. tenent omnes repetentes ibidem, et sicut fictio hec
prodest legatario ad omnes comoditates servi legati, ita et similiter valet ad actiones contra ipsum inducendas l. a Titio
[illegible] ff. de furtis. Quare hac doctrina omissa nonnulli ex antiquioribus existimarunt Cti responsum in d. § item si servum in
terpretandum esse de legato damnationis, q. quidem recta via a morte testatoris n. transit in legatarium l. huiusmodi
[illegible] § si pluribus ff. de leg. 1 Caius lib. 2 instit. tit. § ideoque leg aquiliae actio n. potuit legatario competere cum eo tempore quo ser
vus fuit occisus n. legatarii nulla fictione interveniente sed potius heredis servus legatus esset, que quidem interpretatio
tanquam divinatoria omnino reiicienda est cum ex verbis Cti minime possit deprehendi. his et aliis omissis sequenda
est doctrina Antonii Fabri in Rali. ad tex in l. et eleganter 7 § item si servum qui quidem docet dominium rei legate transi
re recta via a testatore in legatarium sola fictione iuris et potestate, cui quidem n. aliter locus esse pot. quam si duobus tem
poribus extremis res legata in rerum sit natura et mortis testatoris tempore, et tempore aditionis hereditatis nec alio
modo pot. fictio locum habere, q. cum in proposita specie servus interemptus esset ante aditam hereditatem, q. quidem tempus
extremum est fictionis inducende nihil mirum si Ctus afirmet actionem leg aquiliae legatario n. competere q. servo de
functo ante aditam hereditatem servus nunquam fuit ipsius effectus, et ideo leg aquiliae actio locum habere n. potuit, licet
ad consequendam estimationem ipsius servi actio ex testo legatario superest, ut Ctus fatetur in d. § item si servum in fine —
Deinde infero interpretationem ad tex in l. qui ita 66 § si damnum ff. ad SCtum trebel. quo loci proponit Paulus Titium heredem
fuisse institutum et rogatum de restituenda hereditate in qua servus erat hereditarius cui damnum illatum fuerat ab aliquo
quesitum est a Cto an actio leg aquiliae ad fideicomisarium transeat, et dicendum videbat in fideicomisarium transferendam esse
supra dictam actionem leg aquiliae eo q. ipse dominus est omnium bonorum ex voluntate defuncti in quem facta restitutione
omnes actiones tam active quam passive transferunt l. facta 63 l. si heres 68 ff. ad trebel. quibus tamen n. refragantibus
respondet Paulus actionem leg aquiliae in fideicomisarium n. transire falso q. afirmat Ulpius in nostro tex leg aquiliae actio
nem tantum domino competere cum fideicomisarius sit dominus et hanc actionem minime habet, in qua quidem dificultate

Enodanda plura comminiscunt interpretes ut constat ex traditis ab Osvaldo lib 7 coment donelli cap 26 in lit. itaque
dic § si damnum existimat q. licet heres non teneat restituere actionem, nec restricta hereditate ipsa transeat, tamen coguntur
erit ipse heres, ut eam cedat legatario pro qua doctrina adducit tex in l. 3 heres 73 ff ad trebellianum ubi heres qui aliquas
actiones ocasione ipsius hereditatis et patrimonii defuncti lucrat ipsas fidei comissario cedere cogendus erit. sed hec doctrina
minime convenit decisioni I Cti pauli cum non exprimat causam ob quam hec actio leg aquiliæ ipsi heredi adquirat, nec
in fidei comissarium transferat, nec quidquam iuvat cuiusvis doctrinam utcumque responsum in d l. 3 heres ff ad trebell.
q. ibi agit de actionibus adquisitis eventu et ocasione bonorum defuncti, cum sit actio pignoratitia ex credita pecu
nia a testatore in cuius causa pignus acceperat heres quo casu nemo dubitavit actionem cedendam esse cum in bonis
ipsius met testatoris fuerit adquisita. Quare Claudius Crystelus lib 4 de fidei. cap 6. ideo existimat non esse resti
tuendam actionem leg aquiliæ fidei comissario quia hec actio potius penalis quam rei persequtoria est unde ex bonis tes
tatoris non proficiscit, et ideo necessario remanere debet apud ipsum heredem licet cum illa limitatione supra dictam
doctrinam intelligat q. heres non teneat actionem in totum prestare, sed tantum in id q. rei persequtionem continent
ceterum si quid pene nomine fuerit lucratus apud ipsum heredem manebit cum hec actio non mere penalis sit sed mixta
ut constat ex § in auten bonorum raptorum eq instit. de actio et utriusque naturam sortiat et persequtoriæ et mixta.
Sed hec Claudii Crysteli senta omnino respuenda venit, eo q. convenit rationi qua consultus nitit ad denegandam actionem
legis aquiliæ in fidei comissarium, ideo enim afirmat non potuisse transire hanc actionem q. ex rebus defuncti non proficiscit non ex eo q. sit pe
nalis, vel persecutoria; quare his et aliis omissis sequenda est doctrina donelli lib 7. coment. cap 25. in fine qui quidem docet ideo non
fuisse translatam actionem legis aquiliæ in fidei comissarium, q. servus damnum passus est post aditionem hereditatis quo tempore cum
heres fuisset effectus omnium rerum Dns post aditionem arg. tex. in l. cum heres 23 ff de adq. vel omit. heredit. consequenter actio legis aquiliæ que tunc tem
poris fuit orta, ipsi tanquam vero Dno debuit competere. q. quidem insinuasse videt consultus in illis verbis, hee enim actiones tran
seunt, que ex bonis defuncti pendent quasi expertius dixisset hanc actionem non proficisci ex bonis defuncti, cum Dnus fuerit dam
eo tempore, quoniam ipse heres hereditariarum rerum Dns erat, alioquin si ante hereditatis aditionem servo fuisset damnum illatum
hereditati adquireret, et postea tanquam ex bonis defuncti profecta necessario in heredem fidei comissarium transferret, quo doctri
na intelligendus est tex. alio quin dificilimus, et ex diametro oppositus d § si damnum in l. liber homo § si servus hereditarius
ad l. aquiliam; sed instauit, quis non subtilit. dicens ex eo d. tex. suaderi damnum fuisse illatum servo antequam hereditas adiretur, alio
quin enim ipse servus hereditarius non apelaret, qui nomen clatura tantum convenit servo qui in hereditate iacente re
perit arg. tex. in l. servus hereditarius 15. et in l. si servus hereditarius 25. ff de stipulatione servorum l. nec minus 31. ff de
hered. inst. sed huius dificultatis facilis est responsio, nam et si comunit. servus hereditarius apellet is qui in hereditate ia
cente adest, aliquando tamen, et servus hereditarius similit. appellat is qui iam est efectus per aditionem heredis habito respec
tu non ad id q. est, sed ad illud q. antea fuerat, nec quid mirum, nam est hereditas, que iam per aditionem effecta est patrimonium
heredis, adhuc hereditatis nomen retinet habito respectu ad id q. antea fuerat, non ad id q. nunc est quemadmodum intelli
gendus est tex. dificilimus in l. quesitum 91. ff de leg. 1. ubi plura Cuiatius lib 36 digestorum Juliani.

Interpretandus est tex in
l. si a Dno 36. § si possesor ff de petitione hereditatis servus fuit occissus, et heredi tante aditionem actio legis aquiliæ competit q.
non competit Dno hec actio respondet ex l. ob id 43. ff ad l. Aquiliam. = Interpretandus est tex in l. liber homo § si servus lega
tus ult. ff h. tt. ubi servus fuit Titio legatus, et is occissus fuit querit consultus cui competat actio legis aquiliæ, et respondet
legatario competituram si non post mortem, legatum agnovit q. quidem gravissima dificultate implicat, nam si actio legis aquiliæ
Dno competit cur hic legatario non competit cum a morte testatoris fuit effectus Dns servi legati; nec interest q.
~~[illegible]~~ agnoverit legatum servi postea quam fuit occissus, cum semel iam actio quesita per servi mortem extingui non potuit
que dificultas adeo insuperanilis fuit vissa Donello in d ment. ad tit. cod. ad l. aquiliam in opere bus post hu. ut afirmaverit
it tex. esse mendossum et legendum loco illorum verborum si non post mortem, si modo post mortem que doctrina reiicien
da venit nam preterquam q. q. emendationis vitio laborat, impossibile est, q. agnoscat legatum hominis mortui quandiu
dubitest cum Ant. fabro in rationali ad eum d. tex. = neque obstat l. Titio et Seio 34. ubi agnitum hominis mortui q. ibi duobus
coniunctis fuit legatus, et altero repudiante, unus retro fingit Dns cum in solidum cui fuit que leget.

finis.

= PARAFRASTICA EXPOSTO =

= (nostre legis ut pomum 8 ff de Servitutibus.) =

Elegans ac subtilissima in materia servitutum quaestio in interpretanda le. offert deducenda ex n 2
text. in nostra le. ut pomum 8 ff de servitutibus quam ex professo Bartolus Paulus de Castro et omnes
antiquiores in presenti Duarenus in Comment. ad rub. text. in nostra le. ut pomum Antonius fa
ber ibidem Mola in emporio tit. de servitutib. in premissis ex nu 75 Eginarius Barro in dicta
le. pomum Longobardus in le imperium nu 222 ff de iurisdictio. omnium iudicum Conanus lib 4 Co
ment cap 10 Cujatius lib 24 Observat cap 22 Donelus lib 11 Comment cap 1 ubi Osualdus qui alios
refert Ludovicus Vitalis lib 2 lectionum cap 2 nu 13 illud equidem a paulo dubitatur an ser
vitus imponi possit ut liceat vicino pomum ex arbore vicini decerpere, aut in alio fundo spa
ciari, vel in eo cenare et Respondet Ius in omnibus his speciebus servitutem imponi minime
posse, quidem Responsum est plerumque recipiat rationibus dubitandi Dominus impugnatur
Prima quidem difficile videtur ex eo quod illud proprium servitu
tis est ut fundus serviens fiat deterior Dominus vero pretiosior, ut ex diffinitione servitutis relata a Bar
tolo in tit. de servitutibus, et ab omnibus antiquioribus ind. ff eodem aperte deducit, que nihil aliud
est quam ius quoddam predio inherens ipsius dominantis utilitatem respiciens et alterius servitutis ius diminuens
et exprimens hoc enim deducit ex l. de pupillo 5 § et belle ibi postquam ius suum diminuit alterius auxit
deducit
hoc et postquam servitutem cedibus suis imposuit ff de novi operis nunciatione; hec quae omnia in exem
plo proposito a Paulo hic concurrunt, ac perconsequens asserendum est recte supradictis modis posse cons
titui servitutes, nam his qui ius habet pomum decerpendi ex alieno fundo eum deteriorem facit, cum
affectus sit hoc onere, et similiter proprium predium pretiosum constituit, et hoc quidem constituendum est in
duobus exemplis et spaciandi in fundo alieno, et in eodem cenandi, deinde crescit hec dubitandi ratio
ex eo quod voluptatis tantum causa, servitus constitui potest, l. hoc iure 3. in princ. ff de aqua quotidiana
et estiva, l. competit 26. vers. sed etsi amenitas, ff quod vi aut clam, ex quibus iuribus deducitur servi
tutem constitui posse tantum amenitatis, et voluptatis causa, quod similiter dicendum est in omnibus his
speciebus a Paulo propositis recte servitutem constitui potuisse eum ex iure percipiendi fructum ex arbo
re vicini, et potestate cenandi, aut spaciandi in alieno predio adminus voluptas, et amenitas requiratur
Sed his rationibus n 3
non refragantibus defendendum est responsum Pauli in cuius quidem genuina decidendi ratione plura doc
tores comminiscunt, ut constat ex Bartolo Paulo de Castro imo Donel. lib 11 Comment. cap 1. ubi Osualdus
qui plures refert Eginarius Baro is motus dubitandi rationibus supra propositis existimavit in omnibus
exemplis relatis a Paulo servitutem realem recte constitui posse; neque obstare hanc decisionem affirmat, ex
quo probat non esse constitutam realem servitutem, quia id ea ratione procedere docet quod fundus ex quo servitus
permittebat erat alienus, neque in diminucio cuiuscumque ex bonitoribus residebat, pro qua quidem doctrina ex
pendit verba illa nostre legis ut pomum 8. in alieno possimus; quasi dixisset ideo in his speciebus
servitutem constitui non potuisse, quia ex fundo alieno servitus permittebat qui quidem non erat illius, qui servi
tutem permittebat, quam quidem interpretationem reprehendunt Mola in emporio tit. de servitutibus in premi
ssis n.o 76 Osualdus d. lib 1 Coment. Donel. cap 1. ex eo quod si servitus esset nulla quod constituerent in alieno
predio frustra I. S. suam decisionem ad predicta exempla restrinxissent, cum simpliciter et indistincte ea servitus

non potuisse locum habere cum prediu ex quo constituenda erat, esset alienum; Deinde improbanda venit hec interpretatio, quia licet Servitus non possit constitui realis nisi habente predium, ab habente etiam, ut constat ex l. quoties 15. ff. hoc tit. l. via 23. § si fundum ff. de servitutibus rusticorum prediorum l. 2. ff. communia prediorum, § ideo autem 3. inst. hoc tit. tamen a beo qui predium non habet recte permitti potest. tum differentia sit inter constitutionem Servitutis, et eiusdem permissionem. Constituta quippe necessario duo predia exigit, et dominans, et serviens, nam cum sit servitus ius predio inherens sine predio cui adhereat constitui nequit, permitti vero recte potest servitus a beo qui predium non habet, quo casu ad interesse obligabit; et evictionis nomine tenet, l. si servitus 23. § final. ff. de servitutibus urbanorum prediorum, l. si a beo 10 de servitut. rusticorum, l. existimo 98. ff. de V. O. l. fundum 46. § 1. ff. de eviction. ex quibus constat nihil interesse, quod in alieno predio servitus permittat, quia licet eiusdem constitutio non potuisset effectum sortiri, permissio tamen recte valeret, et permissor nomine evictionis recte obligaret.

quare hac doc

n. 4 trina reiecta Don. cap. 1. lib. 11. comment. existimavit in speciebus propositis a Paulo in nra l. ut permittam non potuisse constitui servitutem realem, eo quod prediorum nulla mentio fit sed constitutam fuisse servitutem personalem, que doctrina reprobatur ab Osvaldo ibidem. Cujacio lib. 24. obs. cap. 22. cum servitutes personales tantum sint tres determinate, nimirum usus fructus, usus, et habitatio, et nulli ex illis exemplis a Paulo propositis conveniant. = ideoque his, et aliis omissis sequenda est doctrina acutissimo et omnium antiquiorum, qui docent neque servitutem realem, neque personalem fuisse constitutam in omnibus cassibus a Paulo propositis, sed tamen ius quoddam personale, quam quidem doctrinam tuent. Conanus lib. 4. Coment. cap. 10. ex n.° 1. Morla ubi supra. Cujacius lib. 24. obser. cap. 22. Corrasius in nra l. 8. n.° 9. et seqq., Osvaldus d. lib. 11. comment. cap. 1. que quidem doctrina pot expendi ex. in l. Lucius Titius 37. ff. de servitutibus rusticorum prediorum ubi docet JS. Titio fuisse concessum digitum aque, a Sempronio quesitum fuit, an servitus esset realis vel personalis, et respondet JS. usum aque minime ad heredes transire, quia neque servitus realis constituit, neque personalis sed tantum ius quoddam personale quod morte utentis extinguitur. similiter pro hac doctrina adest elegans tex. in l. pat. 6. de servitute legata, qui loco refert JS. patrem filie sue domum legasse; similiter et per alias domos hereditarias transeundi ei idem filie concessisse; dubitatum fuit an in proposita specie ius illud transeundi per hereditarias domos possit pervenire ad heredem filie et respondet Pap. minime predictum ius potuisse ad heredem transire; sed tantum fuit personalissimum respectu filie unde eius morte extingui necessario asserendum; neque affectu filie datum est ut Pap. affirmat hoc et ad ceteros eius heredes transire videt; docet eleganter Cujac. in commentariis ad tit. de servitute legata, in d. l. pat. et lib. 7. responsionum Pap. ibidem; conducunt ad idem propositum tex. in l. mela 14. § quidam 3. in fine ff. de alimentis, et cibariis legatis, l. pecoris 4. in fine ff. de servit. rusticorum prediorum, ex quibus deducit quod si in concessione alicuius iuris persona fuerit demonstrata, minime constituit aliquam servitutem; sed tantum ius personalissimum, quod morte eius cui concessum est extinguit.

ex quibus venit interpretandus tex.

n. 5 in l. cum servus 39. § si quis alieni ff. de leg. 1. ubi proponit JS. legatum relictum fuisse Titio, ut lapides potuisset cedere ex testatoris predio, quesitum fuit an legatum ad heredes translatum esset, et respondet JS. minime hoc legatum ad heredes potuisse transferri, cuius quidem rationis ea ratio commendanda est nam cum illud legatum non potuisset inducere aliquam servitutem, sed tantum ius personale necessario

le

secundum iuris cognita principia asserendum est mortem eius cui ius cedendi lapides concessum est legatum fuisse extinctum, nec potuisse ad heredes transferri, et hoc idem asserendum est in permissione cedendi lapidis inter vivos concessa, quia ea cessio tantum iuri personale constituat non vero aliquam servitutem demonstret, quo modo intelligendus est tex. in l. quis saxum ff. de donat. de cuius conciliatione cum l. si cum mihi 34 ff. de dolo loquuti sunt antonius faber in rati ad dictam l. si cum mihi valentia qui plures refert illustrium iuris tomo 3 tractatu de adq. hered. cap. 4 deinde ex hac eadem doctrina lucem accipit difficilis in l. Gaius seius 12 ff. de annuis leg. ibi proponit paulus mevius et ei fuisse legata predia aliqua Pontiana nomine, deindeque ex eisdem prediis aliquam quantitatem harundinis et fatiis forte ad vineta sublitienda annua legata fuisse prediis luculianis quesitum fuit an servitus cedendi arundinis fuisset relicta et an realis vel personalis inducatur et respondet cum servitutem constitutam non videri neque in personam neque in rem, nec quid mirum, nam cum in specie proposita persona cui legatum fuerat relictum esset demonstrata legatum personale inducit neque ex eo quod predia fuerunt designata aliqua servitus potuit constitui cum illud ius esset personale, quod morte illius, qui fuit concessum necessario erit extinctum docet longobardus in dicta l. in imperiali num. 237 ff. de iuridic. morla in emporio iuris tit. de servit. in premiis ex nu. 77 | Donelus lib. 9 coment. cap. 22 | nu. 6.

Quibus quidem ita cognitis instavit aliquis superfluam fuisse disputationem Iuris Pauli in nostra specie quia sive sit servitus realis sive personalis, aut aliud ius personale ut diximus semper equidem et indistincte is qui promisit obligatus manet, ac per consequens licebit ei cui ius illud constitutum fuit in alieno fundo spaciari, aut cenare aut pomum ex arbore vicini decerpere, cui quidem difficultati facillime satisfaciendum erit ex his que tradit bartolus hic que sequtus est morla ubi supra qui quidem docet plurimum interesse an in supra dictis speciebus a paulo propositis servitus aliqua inducatur an vero ius tantum personale fuerit constitutum nam in primo casu asserendum est actionem confessoriam competere in 2° autem eum qui promisit esse conveniendum actione personali, ex quibus ita constat ius illud spaciandi, et cenandi vel decerpendi pomum ex arbore alterius non actione confessoria que pro vindicandis servitutibus competit, sed potius actione personali orta ex obligatione consequendum esse et ideo non esse conveniendum eum qui fundum possidet sed potius promissorem qui ea iura concessit dicta l. cum servus 39 § si quid dic. l. Gaius seius cum supra relatis = cui quidem doctrine non leve difficultatem incutere videtur difficile iurisconsulti responsum relatum in l. nihil proponi 120 ff. de leg. 1° ex quo deducitur personalem actionem contra tertium possessorem transire proponit cum sportulas quasdam vulgo Dones ex aliquo fundo vivendas relictas fuisse a testatore quesitum est a ceo an heres eum fundum poterit alienare, et respondet cum recte predium distrahi posse salva tamen causa legati quod constat evidenter tertium possessorem nimirum eum in quem fundus fuerit alienatus actione personali conveniendum esse nam illud persi ferunt verba illa salva causa tamen legati arguto tex. in l. si convenerit 18 § si fundus ff. de pig. actio. l. via 23 § si fundus ff. de servitut. rus. pred. l. alienatio 67 ff. de contrah. emp. quod idem consistiendum erit in dicta l. ut pomum si forte fundus fuerit alienatus quod ipsius possessor tum vero is qui iura promisit conveniendus erit actione personali cum non sit inconveniens ut contra tertium possessorem personalis actio exerceatur crescit quam plurimum hec difficultas ex tex in l. 24 ff. de alim. et cibar. leg. ubi alimenta fuerunt relicta libertis ex prediis testatoris et respondet cum illud onus ad successores prediorum transire in tantum quod etsi plures successerit idem ius constituat a pretore quod per actionem personalem contra tertium possessorem recte exercendam.

Quia quidem difficultas etsi gravis visa fuerit non nullis est existimaverint personalem actionem contra tertium possessorem exercendam esse ut constat ex traditis a heugarantio diambro 43 parte nu. 164 Gigante de pensionibus quest. 91 ex nu. 7 verius tamen est actionem personalem contra tertium possessorem exercendam esse ideo in dicta l. ut pomum actionem personalem esse proponendam contra eum qui ea iura spaciandi vel cenandi proponeret vibero

Ca alium quemlibet possessorem ut voluerunt bartolus et paulus Castrensis hic post glossam ibidem neque obstat tex in dic. l. nihil proponi 120 ff de leg. 1° quia illa verba salva tamen causa legati Referenda sunt ad heredem qui quidem personali tamen obligatione ex testo nata obstrictus erat ad prestationem alimentorum etiam si predia fuerint, neque etiam obstavit tex in l. 12 ff de alim. et cibariis q. intelligendus est eo casu q. filius omnia bona universaliter occupavit, in qua quidem specie adstrictus erit Respondere omnibus creditoribus eo q. cum sua causa bona capisse videtur, unde non mirum etsi alimenta solvere cogatur aliud enim esset in casu nostro si tantum predium ex quo alimenta solvenda erant occupasset aliis bonis Relictis apud heredem, nam equidem actione personali ex testo adstrictus esset heres ad prestationem alimentorum et filius immunis esset etiam si predium haberet, cum actio personalis ca alium tertium possessorem non possit exerceri dic. l. nihil proponi

n. 11 8

Ex qua quidem doctrina venit elucidandum dificile illud Responsum in l. ult. § ult. ff de contrah. emptione ubi proponit cum lutium titium promisisse de fundo suo certa milia modiorum frumenti annua prestanda pradiis Gaii seii postea q. fundum illum vendidit Sempronio quesitum est a Cto, an Sempronius emptor huius fundi adstrictus sit ad prestationem frumenti et Respondet minime cogendum esse cum tantum titius promissor actione personali sit obnoxius, nec ea ca fundi successorem exerceri poterit, q. in proposita specie non fuit constituta servitus in fundo precipue cum prestatio illa frumenti non Recipiat utilitatem fundi, sed potius comoditatem ipsius domini sequunt. Jason in dic. l. § eque si agat nu. 23 instit. de actio. Alexander consilio 33 nu. 23 volum. 5 Pinelus in l. 2 cod. de Rescind. vend. 3 parte cap. 1 nu. 29 = cui quidem doctrine non obstavit tex in l. si ita certum § ff de vino tritico et oleo leg. iuncta l. venditor 39 § verisimile ff de contrah. emptione ex quibus deducitur q. si certus numerus amphorarum vini q. ex aliquo predio nasceret fuisset legatus alicui et postea minus natum esset, amphore non debent supleri ex alio predio testatoris cum in his tantum que nate fuerint consistat legatum, manifeste depromitur onus illud tribuendarum amphorarum Reale esse non personale predio iniunctum fuisse, ita quippe ad quemlibet fundi possessorem necessario transferat, ideoque affirmandum erit in dic. l. final. § fin de contrah. emptione onus illud non personale sed Reale fuisse obindeque transferendum ad fundi successore, sed hec dificultas facillime diluit ex his que tradunt bartolus paulus castrensis in dic. l. fin § fin. Gigans de pensio. quest. 52 qui quidem docent dupliciter posse designari predium ex quo certe sint amphore solvende, aut aliquo modi frumenti aut enim taxationis causa demonstratum est predium quo casu non aliter amphore prestabuntur quam si nascant ex illo predio unde si minores percipiant in his tantum consistit legatum cum voluntas testatoris taxativa tantum ad fructus ex predio demonstrato Regulariter, et hoc Respectu onus Reale censetur quo modo intelligendus est tex in dic. l. cum certus § de tritico vino etc. secundo enim casu designat predium non mirum q. tantum demonstrationis causa fundus ex quo aliquid solvendum sit demonstratus sit a testatore ut ex eo faciliter Relicti legati fiat solutio, quo casu etiam si minus percipiat ex patrimonio testatoris solvendum erit cum onus non Reale Restrictum ad predium sed potius personale adaptatum, at integrum testatoris patrimonium censeat ideoque successor predii immunis erit cum tantum heres actione personali ex testo obligat quo modo intelligendus est tex in l. fin § fin ff de contrah. emptio. docent bartolus et paulus de castro in dic. l. fin et in dic. l. cum certum ff de vino et tritico Gigans et Morla ubi supra.

Quibus quidem ita constitutis ut finem huic Responso imponamus non obstant ea que supra pro Ratione dubitandi premisimus nam prima Ratio quatenus diximus servitutem constituisse posse quoties fundus dominans sit pretiosior et serviens deterior q. etiam in exemplis propositis a paulo verificat nam Respondendum erit cum Antonio fabro in Relat. ad nostrum tex Morla ubi supra quia licet hec iura pomum decerpendi, et cenandi et spaciandi in alieno fundo id ipsum deterius quodammodo constituat nimirum ad alterius predii utilitatem conducunt, cum tantum comodum et voluptatem persone Respiciant, ideoque minime servitus Realis constituit arguto tex in l. pecorum 4 in fine l. lucius 37 cum aliis ff de servitutibus Rusticorum pred. l. nulla 19 § ult. ff de alim. et cibariis l. pater penult. ff de servit. leg. et q. magis est etiam si fundum, in quo hec iura prestanda sunt ipsum minus utile constituant ea tamen non sunt ipsi predio adherentia arguto tex in l. q. aliud 186 ff de V.O. ideoque servitutes non erunt q. quamvis necessario iura prestanda sunt non tamen prestant actionem confessoriam tanquam servitutes l. cum aliis ff si servitus vindicet. § eque si agat instit. de actio. sed potius consequi debent actione personali ex promissione orta cum persona tantum promissoris non fundus sit obligatus dic. l. ult. § ult. ff de contrah. empt. = Deinde non obstant iura proposita in l. 3 in princip. de aqua quotidiana l. competit 16 vers. sed si amenitas ff q. vi aut clam quibus quidem Recte satis fecit Accursius imo quem sequunt omnes antiquiores et Neotherici ut constat ex traditis a Conano lib. 4 coment. cap. 10 ex nu. 10 Antonius faber hic Oualdus lib. 1 coment. Donel cap. 10 qui omnes ea iura interpretant, q. alicui predio vicino servitus constituit, etiam si amenitatis tantum causa constituat, ceterum si non sit predium cui hec iura constituant necessario asserendum erit servitutem non esse constitutam ut evenit in exemplis propositis a paulo ibi enim non erat predium vicinum cui hec iura constituerent ob ideoque servitutis Realis naturam sortiunt cum servitus sine predio constitui nequeat dic. l. 1 § comunia prediorum cum supra Relatis nec etiam personalis erit eo q. nec ususfructus, nec usus aut habitatio sit sed dumtaxat ius quodam personale ex promissione Resultans docent Accursius bartolus et omnes interpretes supra Relati. (finis)

DD xxxD

Ad leg in rem 23 § loca ff de Rei vindic.

loca sacra sive Religiosa quasi nostra in rem actione peti non possunt ut inquit Paulus lib 21 ad edictum relatus in l. in rem 23 § loca ff de Rei vindic cuius quidem Responsi verba etsi brevi verborum cortice involuta latissimam tamen materiam et tractationem de Rebus sacris et Religiosis nostro comertio exemptis comprehendunt quam quidem libentissime sorte oferente interpretandam suscepi nam ut socrates dicebat illud arduum tractatu quod a pluribus est susceptum non insicior tamen ab omnibus interpretibus longissimis comentariis presentem tractatum fuisse illustratum, audiatis quod pregor nobilissimi Auditores fortasis iura non vulgaria scrutavimur, igitur ut ad rem iam propius accedamus illud ab omnibus communiter ex nostro tex deducitur Axioma, ut Res sacra aut Religiosa quasi nostra actione in rem proposita peti non potest, quod communiter ex plurimis illorum locis probatur primo ex tex in l. 1a § divini l. in tantum 6 § sacre l. sacra 9 ff de Rerum divisione l. inter stipulantem 83 § sacram l. liber homo 103 ff de V.O. l. et liberi 4 l. sed celsus 6 l. qui oficiis 62 § qui nesciens de contrah emptio l. cum servus 39 § constat ff de legi 1 l. nova 8 § si locus l. cum loca 36 de Relig et sump. fun l. longa 4 l. si in eo § ff de mortuo inferendo ex iure nostro Regio illustrant lex 22 cum sequent [illegible] tit 11 part 3 Referunt plura et suis coment, plura persequuntur ultra omnes ordinarios Repetentes in nostra leg et in l. inter stipulantem § sacram ff de V.O. fulgosius et gotofredus in dic l. qui oficiis 62 § qui nesciens ff de contrah emptio Donel lib 8 coment cap 11 et in coment ad tit de V.O. in dic l. inter stipulantem § sacram Cujatius in coment ad tit de servitutibus in l. servitutes 14 § publico loco et in coment ad tit de V.O. in dic § sacram et in l. multum interest 34 ff eodem tit de Rei vindic conanus lib 6 coment cap 4 num 6 Dns gregorius 3 parte sintag cap 1 num 5 Roverus lib 1 sentarum cap 23 Duarenus in paraphrastica ad tit de Rerum divisione Vesembequius in paratildis ad eundem tit, Medinus de casibus fortuitis 2a parte quest. 11 Gregorius lopez in dic l. 22 tit 11 parte 3 cum aliis infra referendis

Sed licet hoc nostrum Axioma tot illorum Oraculis totque interpretum authoritatibus in tuto quodammodo esse videatur plura tamen obstant que id destruere ac omnino perturbare intenduntur et inprimis quatenus cum ultro paulo supra afirmatum est Rem sacram quasi nostram in rem actione peti non posse quam plurimum obstare videtur tex in l. eque Religiosis 43 ff de Rei vindicatione, supposito pro eiusdem inductione quod idem ius quod in Reb sacris constituitur idem etiam observandum est in Reb Religiosis, unde sicut Res sacra peti non potest actione in Rem quasi nostra ita nec Religiosa cum quidem contrarium docet cuius in dic l. eque Religiosis quo loci proponit ea que Religiosis locis iunguntur Religiosa etiam censeri, unde dubitat cuius quid dicendum erit si forte lapides omnino separati sint et disiuncti a monumento non ne habebat dominus pro his vindicandis actionem in Rem et Respondet quod licet actio in Rem minime pro lapidibus vindicandis posit exerceri tamen ad Recuperandos lapides a monumento distractos et separatos actio in factum a pretore eidem domino concedit, constat quod pro vindicanda Re Religiosa quasi nostra actionem in factum exerceri, eandem quod equidem necesario fatendum est competituram quando Res sacra quasi nostra vindicatur cum nullum discrimen inter has duas constituatur ea omnia que paulus Refert in nostro § Neque dificultatem efugit qui dixerit cum Antonio fabro libro 2 coniect cap 11 ludovico vitali lib 1 variarum lect cap 2 discrimen constituendum esse inter actionem directam aut utilem concessam a pretore, ita quidem ut noster tex intelligatur de directa actione tex vero in dic l. eque Religiosis debet interpretari de utili a pretore concessa, verius equidem est nec directam nec utilem pro vindicanda Re sacra quasi nostra minime exercendam cum utraque actio eundem efectum sortiatur tex elegans in l. actio 47 ff de negot gestis docent et plura congerunt ad propositum morla in emporio iuris 1a parte tit de servit quest 2 felicianus de solis in tractat de censibus in proemio num 14 Ivanes de el castillo de usufructu 1a parte cap 7 iam quod ex supra dictis manifeste probatur pro obtinenda Re sacra et utilem et directam actionem competituram contra quos Paulus afirmat in nostro § loco.

Ulterius crescit quam plurimum dificultas ex tex in l. sancimus nemini 17 cod de sacrosanctis eclesiis ubi ad vindicandas Res sacras ut vasa vestes et alia quam plurima non tantum actio utilis verum et directa conceditur falso quod et adversus iuris principia docet Paulus loca sacra non esse vindicanda actione in Rem posita

denique augmentum recipit supra dicta difficultas ex difficili Illmi Epi responso li. 1 § nunciamus ff de novi operis
nuntiatione, quo loci docemur nuntiationem novi operis cuicumque competere si in loco sacro aliquod edificium fit
et tamen explorattissimi iuris et novi operis nuntiationem interponendam esse nostri iuris conservandi gratia aut
damni depellendi, si ergo nuntiatio novi operis competit pro removendo damno illato in re sacra multo melius et vin
dicatio debet competere pro vindicanda ipsa re sacra, ea quae proposita sunt a paulo in nostro § loca docent Cuja
cius lib 48 pauli ad edictum in l. n. solum § ff de novi operis nuntia. Emundus Merill. lib 2 obser. cap 20 Andreas Gaill lib 1 obser cap 16.

Sed hiis et aliis minime refragantibus verissimum est nostri Illmi Pauli oraculum et tam
quam iuri et rationi consonum omnino deservandum, nihil quoniam intererit nosse eius circa res sacras constitutum, si ipsemet res
quarum causa constitutum est ignorent, igitur ut altiori stilo nostrum institutum perficiat et rerum sacrarum a primordiis nas
centis verbis origo elucescat, praelibare duxi res sacras, nimirum excelentes et ab humano commertio exemptas hoc
enim per se fert verbum sacer ut constat ex divo Isidero, Brisonio Calepino et aliis qui de verbis iuris scripsere
eas esse quae cultui divino mancipatae destinataeque sunt, ita ut ad alios usus humanos transferri nequeant
licet equidem Etnici antiqui tot erroribus ac diabolicis superstitionibus imbuti, verum deum omnino igno
rarunt, non tamen alicuius dei notitia eosdem subterfugiat, cum haec a natura proficiscat, quae deum colendum
prae omnibus creaturis dictaverit teste pomponio in l. veluti 2 ibi veluti erga deum religio ff de iustitia et iure
et ut eleganter Cicero lib 1 de legibus relatus a petro fabro lib 2 semestrium cap 2 in illis verbis nulla gens
est tam ferrea quae non etsi ignoret qualem deum habere debeant, tamen habendum sciat, enim vero circa
deos a Romanis cognitos et veneratos, plurima solemnia variique et extraordinarii ritus observabant
de quibus satis luculenter et dilucide plura referunt Brisonius lib 2 formularum cap 15 et sequent.
et lib singulari de ritu nuptiarum cap 43 § Macrobius lib 1 saturnali cap 10 Revardus lib 3 veros. cap 12 Petrus Gre
gorius lib 12 de repub cap 4 Duarenus lib 1 de sacrosanctis eclesiis meminit cum pluribus congestis ab
Osualdo lib 2 cap 6 lit A cum sequentibus.

Secundo notandum est inter ceremonias variosque ritus a Romanis inventos ut diis cultus et obsequium
reverenter persolveret morem consecrandi introductum fuisse, cuique praecipuum locum obtinuisse in eo devotionis genere
et aedes alioquin profanae diis consecratae et emancipatae iam templa sacra efficiebant commertioque humano exempta
soli deo illesa, atque ab omni iniuria humana vindicata serviebant, et ab antiquis ideo templa celi vocabant
ut constat ex Lucretio lib 1 ubi nec celi lucida templa quod quidem non solum in templis ut pote deorum habitaculis
verum et in omnibus reb. ad cultum divinum recte peragendis expectantibus vigebat, nimirum in donariis qualia sunt
vasa vestes et calices et si quae sunt alia de quibus Caius in l. in tantum 6 § sacrae ff de rerum divi. § sacrae instit eod
ritus autem consecrandi refert Macrobius lib 3 saturnali cap 6 Brisonius dicto lib 1 de formulis pag 36 nam ponti
fex velato capite, et accenso lumine, quaedam verba seu potius carmina aperta voce proferens locum quem
libat rem sacrabat, presente populo et aliquo magistratu huic actui authoritatem prestante ibi quae publice
sunt dedicatae.

Sed antequam ad alia progrediamur grandis se se offert difficultas circa morem propositum consecrandi deducta ex l. sacra
§ 1 ex qua docemur locum sacrum fieri quod princeps eum dedicaverit vel dedicandi dedit facultatem quod aperte videtur insinua
re Episcopus non pontificem, sed potius principem locum sacrum efficere posse quae difficultas adeo gravis visa est interpretibus ut
omnes coegerit in varias abire solutiones, Accursius in dic. l. sacra secutus est Bartulo fulgosio et omnibus anti
quis docet ideo Principis potestatem necessariam esse quod in dic. § 1 agit de consecrando loco publico qui non aliter potest cultui
divino mancipari quam si principis iussus accedat, cum omnia loca publica et quae ad civitatem Romanam
expectabant tantum principis administrationi subiiciant l. 2 § si quis a principe ff ne quid in loco publico l. qua
vis 50 de adq. rerum dom. cum lex regia quae de eius imperio lata est populus omne imperium et potestatem transtulerit
l. 1 ff de constit principum § sed quod principi instit de iure naturali non est mirum si in consecrando loco publico principis
authoritas sit necessaria.

Sed nec doctrina Bartoli et aliorum antiquorum etsi verissima sit et possit adaptari dic. § 1 quatenus Episcopus docet
in consecrando loco publico principis authoritatem intervenire, non tamen convenit cuiusdam Ep. responso dum
affirmat ipsum

ipsum principem consecrare posse, cum consecrandi potestas et macrobio brisonio et alij supra relatis tantum penes pontificem resideat. Quare Antonius Richardus in dic § sacre instit de rerum divissione supra dicta dificultate oppressus existimavit principem recte dedicare potuisse ita ut inter dedicationem et consecrationem, discrimen constituat, nam dedicatio pertineat ad principem, consecratio vero ad pontificem, sed hec doctrina nullo veritatis fulcro sustinetur cum apud antiquos interpretes nulla differentia inveniat inter dedicationem et consecrationem utroque hic et alijs omissis pro huius dificultatis vera enodatione, ex literarum Aurearum interpretibus illud notatu dignissimum est Numam pompilium secundum Romanorum Regem ita cerimonijs et cultui divino compluisse ut hic iram collegium pontificum instituisset cuius preses pontifex maximus dicebat ad cuius quidem officium et res profanas consecrare et de religiosis et de omnibus ad numen divinum pertinentibus ius dicere spectabat ut constat ex l 2 § deinde 6 vers omnium ff de orig iuris de quo quidem pontifice maximo ius consecrandi habente intelligenda sunt iura alias dificillima in l. Ossa ff. de Relig et sumpt. fun. le l. 1 ff. de mortuo inferendo l 4 de inius vocando l hereditas 50 § 1 de petit hered huius quidem collegii tanta fuit Authoritas apud Antiquos tantusque splendor ut ipsi imperatores Romani in eo eligerent ac simul imperator et pontifex esset, coniuncta authoritate pontificali cum imperatoria ut constat ex Aristo lib 3 politicorum cap 1 valerio maximo lib 3 cap 3 nec quid mirum nam et antiquiores reges etiam pontificali dignitate condecorabant, ut constat ex divo Paulo ad hebreos cap 7 Josepho lib 1 antiquitatum cap 19 plinio lib 30 cap 3 Refert ex pluribus Parladorus rerum quotidianarum differentia 9 suarez ad divum Thomam 3 parte quest 37 disput 19 ex quibus iam luce donanda sunt verba illius in dic l sacra § 1 ibi cum princeps dedicavit vel dedicandi dedit potestatem ut inteligant de principe electo in collegium pontificum qui per se tanquam pontifex poterit locum seu quodlibet rem consecrare diis, aut si ipse nollit consecrare pontifici potestatem prestavit.

Quibus quidem ita propositis pro eruenda mente nostri illius Pauli in nostro § loca recte decidit apud eodem ibi: sacra etiam religiosa quasi nostra actione in rem peti non posse nec quidem mirum nam cum vindicatio ratione dominii conceda quis in re habet, sive eiusdem competat iure gentium aut iure civili l. civilis l. in rem 23 ff hoc tit de rei vind. et in rebus sacris nullum dominium nec iuris pontifici, nec iuris civilis constituat cum sint omnino exemptas ac separatas ab omni commertio ut late supra probavimus merito in supradictis rebus actionem in rem minime locum habituram respondet Paulus, i quasi nostra petant, aliquando nomine ecclesie, per encomium petant recte addicta aera vindicabunt. Referunt Vero omnes Repetantes in § nullius instit de rerum divis. Antonius faber in Rati ad nostrum tex. cuiatius lib 27 Pauli ad edictum ideo.

Ex qua quidem decidendi ratione ac nostrum tex ita adaptata plurima iura luce donanda sunt nec vulgaria in tractatu de reb. sacris a commertio humano exemptis primo venit interpretandus tex dificilis in l. 6 de his fideic in posses legatorum vel fidei impont consultus valens herede a quo nulla legata relicta sunt permissu imperatoris locum aliquem consecrasse, quesitum est a Ulpiano utrum legatarius ex causa pretoris mitendus in possess. contra heredem ... bonorum hereditariorum, verum et etiam illius loci qui ab herede consecratus est et respondet quod ibi legatarius in cetera bona mittat, non tamen in possessionem loci, consecrati mitendus erit, etiam si dolo malo fecerit heres ... quominus locus consecratus in hereditaria causa manere desierit, quod quidem responsum pluribus dificultatibus intervenire videtur reddit 1 equidem ex eo quod legatarius etiam si minime res fuerit legata et in possessionem bonorum hereditariorum i ab herede legatum non solvat mitendus erit tex in l quarvis 13 ff hoc tit ut in posses legat. igitur in proposita specie a consulto legatarius mitendus erit in posses omnium bonorum, nec interest quod locus esset consecratus, quia cum dolo malo illum consecrasset ut ... valens affirmat, ideo est ac si eundem locum possedisset cum nulla constitua differentia inter eum qui possidet aut inter eum qui dolo desiit possidere cum utrumque tanquam possessor teneat l. qui dolo ff de Regulis iuris l. qui restituere 68 ff de rei vindic.

Ulterius auget hec dificultas ex tex in l. si cui § qui in possessionem ff hoc tit ut in posses legatorum docet eius quod si res hereditaria dolo malo heredis in causa hereditaria esse desierit nihil ominus legatarius in eiusdem posses mittitur, cum quod locus consecratus in specie proposita a Ulpiano in dic l. 6 dolo malo heredis in causa hereditaria esse desierit, consequenter dicendum erit in eiusdem possessionem legatarium mitendum cum nihil obstaret quod locus esset consecratus, cum dolo malo heredis locus profanus sacer effectus fuit, sed licet hec dificultas gravissima sit ex notatis supra pro Redenda decidendi Ratione faciliime diluet, iuxta doctrinam Acursii et Bartoli in dic l. si cui § qui in possessionem et in dic l. 6 ff ut legat. seu fideicom. licet equidem verissimum sit legatarium cui minima res legata fuit i legatum eidem non solvat in possessionem omnium bonorum hereditariorum mitendum esse dic l. quarvis ff ut legatorum, tamen si locus aliquis hereditarius consecratus sit, omnino exemptus est et immunis a commertio humano, ob idque non potuit legatarius in possessionem eiusdem mitti cum eo instanti quo consecratus est eius possessio amittat ab herede tex in l. qui universas 30 § possessionem ff de adq. possess. docet cujatius in commentarijs ad tit de V.O in l. multum interest 34 ff eodem. Neque obstat tex in dic l. si cui § qui in possessionem ubi si res hereditaria desinat esse in ea causa propter dolum malum ipsius heredis nihil ominus legatarius mittet in eiusdem possessionem, quia ut recte considerant Bartolus et Acursius supra relati illud Responsum procedere debet quod res non est exempta a commertio humano sed tantum in alium translata donatione venditione aut aliquo tit, quod quidem non erit dicendum, si res omnino fuerit consecrata quia cum sit separata et distincta a commertio humano in cuius possessionem legatarius mitti non poterit, quam quidem interpretationem insinuasse videtur Paulus in dic § qui in posses causa cognita quasi consultus dixisset in causa cognitione inquirendum esse an res fuerit consecrata ab herede, quod tunc non mittet legatarius in eiusdem possessionem, ut hec exceptio Relata in dic l. final comprehendat a Ulpiano in dic § qui in possessionem.

Secundo ex eadem decidendi ratione infero interpretationem ad tex in l. 1 § alias ff. si quid in fraudem patroni ubi proponit libertum in fraudem patroni fundum vendidisse, postea pretium ex venditione redactum alii donasse, quaerit adversus quem patronus fabiana possit experiri, an adversus emptorem an autem adversus donatarium, qui pretium ex fundo redactum dono accepit, respondet Ulpianus patronum adversus donatarium actione fabiana experiri posse, cum in pretio donato fraus fuisset comissa, progreditur Ulpianus et dubitat, quid dicendum si forte plurimum intersit patroni vel quia ibi educatus est vel propter vicinitatem ut Erasmus dicebat quibusde in proverbio 32 aliquid mali propter vicinatem vel vicinum malum vel quia ibi parentes patroni sepulti sunt non ne propter haec omnia poterit patronus venditionem revocare et respondet Ulpianus minime revocandam esse, cum fraus in actione fabiana non in affectione aliqua particulari sed in damno pecuniario, tamen constat ex specie proposita a Icto religionem rem inter quam et sacram nulla est dicta humano comertio, exposita esse, siquidem venditio facta a liberto illius fundi ubi parentes ipsius patroni erant sepulti effectum sortita est et consequenter etiam affirmandum erit vindicationem competere pro vindicanda re sacra quasi nostra. Quae quidem difficultas etsi gravis sit facillime diluitur ex traditis a Castrensi et Gothof. in dic § et alias nam sciendum est res quae de ipse ex iure quarum alienatio interdicta est, quae quidem etsi per se non possint alienari recte tamen per universitatem alienantur et in alium transferuntur, non quod in his valeat emptio legatum aut quilibet actus alienationis, sed quia res universitate cum aliis transferuntur, non iure alienationis sed potius accessionis causa exemplum est in fundo dotali qui licet alienari non valeat obstante l. Iulia l. 1 ff. de fundo dotali § 1 inst. quib. alien. licet vel non tamen per universitatem alienantur et in aliquem transferunt l. 1 § sed per universitatem ff. de fundo dotali l. quidam 62 ff. de adq. rerum dominio, sic similiter et ius patronatus et servitutes et alia quamplurima quae per se prohibita sunt alienari recte alienantur et in alium transferuntur tex in l. si aliena § hoc iure ff. de usucap. tex in l. si mercedem §§ § 11 cum fundum ff. de actio empti, notant canonistae in cap. cum Bartolus de re iudicata sic similiter et res sacra licet per se non possit alienari utpote omnino exempta a comertio humano tamen per universitatem recte alienantur non iure et vi alienationis, sed potius accessionis causa quibus cognitis iam mens Ulpiani elucescet in dic § alias ubi venditio fundi a liberto facta in quo parentes patroni sepulti erant effectum sortit et locus sepulcri in emptorem transfert, quia licet in eo utpote exempto a comertio humano venditio non valuisset, tamen cum fundo accessionis iure in emptorem transfert docent eleganter Paulus Castrensis et Gothofr. in dic l. 1 § et alias ff. si quid in fraudem patroni, ex qua quidem bonissima doctrina lucem accipiet clausula illa vulgatissima quae in contractu emptionis et antiquitus apponi solita erat scilicet si quid sacri aut religiosi est eius venit nihil de qua quidem fit mentio in l. hanc 13 22 cum sequentibus l. pacta 72 § ult. l. ad 73 ff. de contrah. emptio. leg. si mercedes § 11 cum fundum ff. de actio empti, pro quarum verum interpretatione et vera huius clausulae intelligentia ut ad alia magis selectiora transeamus videndus est faber in ratione ad tex in dic l. hanc l. 22 cum sequentibus de contrah. emptione et Cujatius libro quaestio papi in dic l. pacta conventa § papius ff. eodem tit. de contrah. emptio.

Tertio ex eadem decidendi ratione luce donandus est tex in l. Ulimur ff. de sepulcro violato ubi docet Papius dominus fundorum etiam si ipsos vendiderint, manere integrum iter adeundi sepulcri quia constat sepulcrum utpote locum exemptum a comertio humano dominio alicuius subiectum esse ac per consequens recte poterit vindicari, ea ea quae Paulus docet in nostra l. cum exploratissimi iuris sit non posse servitutem itineris aut aliam servitutem adquiri nisi ei qui dominus est eius rei cui debet l. quotiens 15 de servit. l. via 23 § si fundus ff. de servitute rustica l. 1 ff. comunia praediorum, si quidem itineris servitus sepulcra adquirit in dic l. Ulimur § ff. de sepulcro violato consequenter fatendum est dominium sepulcri penes dominum hac servitute utentem residere ac per consequens vindicationem rei sacrae et religiosae concedendam esse cum haec rerum dominium cuicumque tribuat, cui difficultati respondet Cujatius in coment. ad tit. de servitutibus in l. servitutes 14 § servitus quae quidem docet verissimum esse non posse servitutem adquiri nisi ei qui dominus est rei cui adquiratur ut ex dictis iuribus constat sed tamen receptum est favore religionis, ut recte iter adquirat ad sepulcrum etiam si illud non sit in dominio alicuius nec insolens in iure est ut favore religionis plura ea iuris regulas concedant argumento tex in l. 43 ibi nam summa est ratio quae pro religione facit tex scriptus l. 4 de relig. et sump. l. iter 4 ff. quemadmodum servitutes amittantur = interpretatur tex in l. qui officii 62 § qui nescienter ff. de contrah. emptione probat valere emptionem non ut dominium transferat sed ut actio competat emptori ad recuperandum pretium intelligit etiam ac solutione tex in l. 4 et alias c. eodem tit. de contrah. emptio opponit tex difficilius in l. ossa § si locus ff. de relig. et sump. fun. non obstat 1 ratio dubitandi ex l. sancimus cod. de sacrosanctis ecclesiis et ex l. quae religiosis ff. de rei vindicatione

finis.

Ad L. tutor 2. ff si tutor Vel Curator, ~~vel~~ Magistratus.

Tutor vel Curator Retentus si provocaverit, et ante causam actam moriatur propter periculum medii temporis successores eius causas apellationis, necesse habent reddere inquit hermogenianus lib. 5 iuris Epitome, Relatus in nostra l. tutor 2 ff si Curator vel tutor vel magistratus creatus apellaverit cuius quidem Responsum, etsi verborum brevi cortice involutum et subtilitate, et diversarum iuris tractationem, comprehensione dificilimum, et caliginosum non ab omnibus interpretibus comendatur, et ut mens hermogeniani clarius eluceat cuius decissioni species sit figuranda erit quidam in ulc elogio cum filio suo tutorem constituit his: qui nominatus cum alioquin excusationem habuisset eam apud pretorem proposuit, qua quidem Repulsa Retentus fuit in tutela ob id provocavit et postea decesit; quesitum fuit ab hermogeniano an successores eiusdem nominati teneantur Reddere causas apellationis, et Respondet eius obstrictos esse ad persequendam apellationem propter damnum quod pupillo potuit evenire, ex eo medio tempore quo tutor nominatus non administravit tutelam; si forte heredes victi fuerint in apellatione ex qua quidem specie illa ab omnibus comuniter interpretibus deducit discutienda conclusio successores defuncti tutoris pendente causa apellationis obstrictos esse ad persequendam apellationem propter damnum medii temporis pupilo eveniente, quae quidem sententia probatur primo ex tex in l. quidam decedens 6 § ex quo instituit l. tutor vel Curator 20 l. tutores 39 § tutor datus ff de administratione et periculo tutorum l. 1a § si tutor ff quando apelandus sit l. si ire 13 Cod de excusat tutorum l. 1a Cod si pendente apellat. mors inter l. 1 Cod si tutor vel Curator falsum a leg. ex iure Regio constat tex in l. 9 tit 17 quest 6. illustrant hanc nostram conclusionem ultra omnes ordinarios Repetentes ex nostro tex Bartol in dic l. tutor vel Curator 20 ff de administ. tutorum, Castrensis et Cumanus in dic l. tutores 39 § tutor datus ff de administrat tutorum Sebastianus hovius. hic Salicetus et Cinus in l. si actore Cod de apelat Donel lib 3 coment cap. 9 ubi Osvaldus qui plures Refert lit. S. Cujatius in paraphrastica ad nostrum tex si tutor vel Curator vel magistratus et in comen. ad tit Cod si pendente stipulatione et lib 3 Responsorum Papi in l. tutores 39 § tutor datus ff de administratione tutorum, Vlesebequius in paraphrastica ad nostrum tit Antonius faber in iurisprudentia Pap. tit 24 princip. 1 illat. 1 cum infra Referendis

Sed licet nostri hermogeniani Responsum tot Rectorum oraculis, tot interpretum Authoritatibus in toto esse videatur, plurima tamen adsunt pro Ratione dubitandi, quae id destruere ac omnino evertere intendunt, et inprimis gravibus dictum est cum hermogeniano successores illius tutoris qui pendente apellatione decesit obstrictos esse ad persequendam apellationem propter damnum quod pupilo pot. evenire medio tempore, obstare quod plurimum videtur, illud quod ab omnibus comuniter circumfertur; nimirum apellationem extinctam esse si Res vel persona proqua interponitur decesserit arguto tex a contrario sensu in l. si homo 8 ff de Re iudicata l. ex iuditiorum 20 ff de acusat l. defuncto 6 ff de publicis iuditiis cum vulgatis. melior tex in l. si pater 4 Cod si pendente apellat mors inter ubi si quis fuerit nominatus ad aliquod munus publicum et pendente apellatione decedet acusatio extinguitur, nec successores tenentur causas apellationis Redere, unde cum in nostra specie tutor nominatus decesserit et propter hoc amplius tutelam subire non potuisset consequenter dicendum erat eius morte extinctam fuisse apellationem, cum non sit causa aliqua, quae in iuditium deduci valeat, ulterius crescit haec dificultas, quam plurimum ex eo quod noster hermogenianus suponit tutorem pendente apellatione decesisse, quod quidem alienum est a bene fundata iurisprudentia et nihil absurdius potest excogitari sed explorattissimi iuris sit tutorem nominatum non posse apellare sed tantum debere proponere causas excusationis, tex in l. 1a § tutor ff quando apellandus sit

le Gaius 13 le Scire 13 in princip ff de excusat tutorum vulgaris tex in § qui au tem instit de excusat tutorum, falsoque et adversus Iuris principia supponit cum hac apellatione pendente tutorem decessisse ideoque obstrictum esse heredes ad persequendam apellationem, cum apellatio non potuisset interponi

Sed his et aliis minime refragantibus adhuc dicendum est Responsum hermogeniani verissimum esse et tanquam iuri et Rationi consonum et conforme omnino defensandum, igitur pro eiusdem eruenda decidendi Ratione, que nebulis et calligine obscurata manet non nulla prelibanda necessaria sese offerunt; in primis quod illud notatu dignissimum est tutorem nominatum non devere apellare sed tantum excusationem apud pretorem proponere que quidem doctrina inteligenda 3 iura; alioquin difficilima, in l. cum inter vnae 7 § tutor ff de apellat tex Scire 13 in princip l. Gaius 13 ff de excusatio. l. tutor 20. ff de adm tut et similiter noster tex dum supponit pendente apellatione tutorem decessisse, quibus omnibus probatur apellationem admissam fuisse in nominatione tutoris, que quidem iura inteligenda sunt, non quod apellatio interponatur ab ipsa nominatione; sed potius ab executione in iudicio proposita quo modo super dicta iura interpretantur Donelus lib 3 coment cap 9 hotomanus et baldus in dic § qui autem instit de excusat tutorum Cujatius lib 3 Responsorum cauli in l. tutores 39 § si tutor datus ff de adm tutor. Antonius faber in Iurisprudentia papia tit 24 princip 1 illat 7, sed gravis equidem interpres hic contendit se se offert, circa Reddendam Rationem cur quidem tutela non possit apellari cum ab omnibus publicis muneribus apellatio interponi soleat l. qui ad ciuilia 7 l. in nominanda 21 Cod de apel unde cum tutela munus sit publicum l. femina ff de Reg iuris l. 1 § ff de tutelis consequenter dicendum erat apellationem etiam a tutela interponendam esse, sicut a ceteris muneribus in qua quidem diversitatis Ratione Reddenda plura comminiscunt interpretes ut constat ex Relatis a Vualdo lib 3 coment Donelus cap 9 sic C. Cujatius in comentariis ad tit ff de excusat tutorum in l. decimus 4 existimavit nullam esse querendam dispositionem eo quod ex constitutione divi marci Remissa sit necessitas apellandi tutoribus sed non sit denegata facultas si forte tutor nominatus apellationem interponere voluisset monet ex tex in dic l. cum § si tutor ff quando apellatio, et ex tex in dic l. Scire 13 cum vulgatis quibus omnibus probatur permissam esse apellationem tutoribus si forte eam proponere voluissent, sed hec doctrina nec iuri consona videtur ideoque omnino Reiicienda erit quia Repugnat eidem imperatoris Iustiniani decisio in dic § qui autem ubi docet tutores nominatos non apellare sed potius excusationem proponere devere ulterius convincitur doctrina Cujatii ex eo quod iura ab ipso expensa minime loquantur de apellat proposita a principio sed potius de ea que interposita fuit postquam excusatio Repulsa erat. Quare hec doctrina omissa sequenda est alia tradita a Donelo ubi supra qui quidem docet ideo non esse interponendam apellationem a tutela, quia tutela nec meri nec mixti imperii est, nec iurisdictionis sed tantum permissionis l. mutuo 6 § tutoris datio ff de tutelis: cum quod apellatio inventa sit, ut ea que fiunt Ratione Iurisdictionis per superiorem Iudicem Reformentur ex tex in l. 1ma vulgatis ff de apellat consequens est ut ad tutelam minime apellatio pertineat cum Ratione Iurisdictionis sed tantum permissionis a tutela principe iuris delegetur l. mutuo 6 § tutoris datio ff de tutelis l. legati 15 ff de oficio proconsul l. cognitio ff de oficio eius cui quam quidem doctrinam non insubsiliter expendi poterunt iura in l. 1a ff de Iurisdictio omnium Iudicum § sed hoc iure utimur instit de attil. tutore de quorum quidem Iurium verissima interpretatione ut ad alia electiora perveniamus consulendi sunt Cujatius in coment ad eundem tex cum pluribus congestis ab Vualdo lib 3 coment cap 9 tit § quod in aliis muneribus publicis dici non est cum Ratione iurisdictionis a Iudice circa que sivi deferantur ideoque necessaria erit apellatio dic l. qui ad ciuilia 7 cum Repetitis latis Cod de apellat sequuntur hanc doctrinam Donelli ubi supra Mancinus tractatu de tutelis quest 1 in princip et quest 7 n 3 et sequentibus Corvinus de tutelis axiomate 32.

Rursus illud notandum venit cum Cuiacio lib. 5. responsorum Papin. in d. l. tutores 39. § si tutor quod licet iuditium extinguatur, si res vel causa in eo deducta omnino defecerit tamen aliquando propter accessiones aut fructus, aut propter aliquod emolumentum, aut lucrum medii temporis ut accedit in nostra specie instit. sententia potest proferri arg. tex. in l. utique 26 ff. de rei vindicatione ubi mortuo homine in iuditio deducto sententia profert propter fructus, partus, et stipulationem de curatione quod etiam deduxit ex textu in l. si homo 8 ff. de re iudicata, ex quibus passim infero interpretationem ad tex. in l. si servus 11. ff. iudicatum solvi, ubi proponit Jurisconsultus quemdam hominem fuisse petitum actione in rem proposita postea quod fideiussorem datum fuisse pro lite prosequenda cumque postea servus decessisset, quesitum est a Jurisconsulto, an fideiussores liberentur, et licet nonnulli J.C. affirment fideiussores liberatos esse mortuo servo, eo quod sit lis finita, non tamen respondet minime liberatos, quod quidem ex ratione procedit quod licet mortuo homine iuditium extinguatur tamen instantia durat, et sententia propter fructus, et stipulationem de evictione fert, docent Gotofr. in d. l. si servus Cuiac. lib. 74. ad dictum Pauli in d. l. si servus; cui quidem doctrinae ex diametro obstare videtur imperatorum responsum in l. si quis mihi 26 Cod. de evict. ubi mortuo homine intentum iuditium extinguit, ut nec de evict. stipulatio supersit; qua difficultate oppressus Accursius ibidem existimavit responsum imperatorum intelligendum esse in casu quo lis adhuc non erat contestata, ideoque stipulatione de evict. locum non habere, quam doctrinam secutus est Cuiac. d. tit. 74. ad edictum Pauli in d. l. si servus et Gotofre. ibidem; sed horum interpretum sententia ommissa, ut ad alia transeamus breviter dicendum et ideo in d. l. si quis mihi 26. Cod. de evict. stipulationem de evict. non superesse homine mortuo quia venditio nullius fuit momenti, quia eo tempore, quo fuit celebrata iam venditus homo decesserat. etenim, quae non extat nulla est venditio, l. nam emptio 8 cum vulgatis ff. de contra. emp. similiter quod etiam propter aliam causam quod licet res aut persona sive causa in iuditium deducta deficiant adhuc instantia durat, et sententia proferri valet ut accidit in nostra specie, quia licet tutore defuncto iuditium principale fuisset extinctum tamen instantia durat, et apelatio prosequitur a successoribus propter causam illam lucri vel medii temporis, docent Bartolus et trensis in l. si homo 8. ff. de re iudicata Cuiac. ubi supra Antonius Fab. in d. l. utique.

Quibus quidem ita constitutis iam mens nostri J.C. Hermogeniani luce dicenavit, et vera equidem ratio decidendi proponit docet quod successores illius tutoris, qui pendente apellatione decessit obstrictos esse ad persequendam apellationem, propter damnum medii temporis, quod subire cogerentur heredes, si in iuditio apellationis excusatio a tutore proposita fuerit declarata; nam si excusatio proposita a tutore reiiciatur necessario destrictus erat ad subeundam tutelam; unde eiusdem heredes causam apellationis persequi tenerentur, quia licet his tunc causa principalis videatur fuerit extincta tutore mortuo, cum amplius tutor esse non possit, tamen accessio seu damnum medii temporis supereesset, cuius respectu causa adhuc durat, et ob id a successoribus apellatio persequenda est quam quidem rationem licet subobscure proposuisse videtur Papinius in l. cum tutores 39 § tutor datus ff. de adm. tutorum, ubi docet tutorem datum adversus ipsam creationem provocasse posteaque decessisse. cumque eiusdem heres in causa apellationis victus fuisset, quesitum est a Papinio an quod teneatur victus heres, et respondet periculum medii temporis prestaturum ea eleganti ratione inquit Papinius quia non videtur levis culpa contra iuris authoritatem mandatum tutele officium detractare, quasi dixisset, inique tutorem nominatum excusationem iniustam contra pretoris decretum proposuisse, quam quidem decidendi rationem sequuntur Alvericus in d. l. cum tutores § tutor datus Cuiacius d. lib. 5 respons. Papini ibidem.

Ex qua quidem decidendi ratione ibenit interpretandus tex. dificilis, et a paucis animadversus in dic. l. si quis tutor 60 § quidam 1 ff. de ritu nuptiarum proponit cuius tutorem nominatum, qui a creatione apellaverat pupillam suam filio suo matrimonium copulasse, posteaque pater tutor decessit et in causa apellationis victus fuit filius. quesitum fuit a Paulo an oratio imperatorum Antonini et Commodi prohibitura matrimonium inter tutores et pupillam et filium tutoris locum habeat et dicendum erat minime locum habituram orationem eo quod oratio intelligat tantum de tutore qui vere tutor est aut tutelam gessit, tex. in l. fleo 36 l. non est matrimonium 66 ff. de ritu nuptiarum unde cum in specie proposita pater tutor nominatus nec tutelam gessisset quinimo a creatione provocasset fatendum erit patrem comprehensum non esse et tamen hiis minime refragantibus respondet Paulus patrem oratione comprehendi ideoque dictum matrimonium nullum fuisse, quod quidem ex nostra decidendi ratione procedit, nam licet revera pater tutor nominatus tutelam non gessisset, quinimo a creatione provocavit, cum autem postea filius eius successor fuit victus medii temporis periculum prestare debet, quod idem est

ac si veri tutor fuisset, cum adversus iuris authoritatem contemnendo iudicii preceptum fuisset, et nihil interest, ad hoc ut imperatorum oratio locum habeat, an tutor tutelam gesserit, an gerere potuisset, cum tantum illud inspiciat an periculum ad illum pertineat dic l. si quis tutor in princip ff de [illegible] docent Gothofredus Castrensis in dic § ult.

Deinde ex eadem decidendi Ratione infero interpretationem ad tex in l. tutor 20 ff de adm. et peric. tut. ubi docet casus quemadmodum creatum fuisse tutorem postea ab ipsa creatione apellationem interposuisse, quesitum est a quo ex quo tempore sit obligatus pupillo ad Rationem sui patrimonii Reddendam, et dicendum erat a tempore sententie prolate obligationem ortam fuisse, et pupillo Rationem prestare devere, cum non alias iudicati actio nascatur quam si sententia processerit, arguto tex in l. miles 6 § iudicati actio ff de Re iudicata, et tamen Paulus Respondet obstrictum esse tutorem ex eo tempore ex quo accedere debuit ad administrationem tutele et huius medii temporis etsi non administrasset Rationem Reddere devet, que quidem decisio ex nostra decidendi Ratione supra Relata lucem accipiet, nam cum is qui falsis excusationibus utitur aut iniustam apellationem proponit contra iuris authoritatem fraudem comitat, dum pretoris edictum contemnit, merito ex eo tempore ex quo accedere debuit ad administrationem obligatus erit et hac eadem interpretatione lucem donandus est Pomponius in l. qui iussus 26 iuncta l. quidam decedens § ex quo inotuit ult. ff de adm. tut., quibus iuribus decisum extat tutorem nominatum etiam si apellationem proposuerit et victus fuerit medii temporis quo non administravit Rationem Reddere devere docent Bartol et Castrensis in dic l. quidam decedens § ult.

Tertio ex eadem doctrina venit interpretandum dictum et satis celebrem Scevole Responsum in l. qui testo 27 ff de excusat. tutor. proponit casus quemadmodum testo tutorem datum pretore a [illegible] nec [illegible] trium liberorum proposuisse: similiterque et alias excusationem pretori demonstrasse, licet habenti tutorem alius tutor non possit dari [illegible] [illegible] § cod qui dare tutores, unde etsi pupillum cum patrem legitimum tutorem habere afirmaret eius excusatio admittenda erat [illegible] rit, quibus quidem cognitis pretor ita Crevit si legitimum tutorem habenti tutor datus est non esse ibi necessaria excusatio, quesitum [illegible] nemo patruus impuberi tutor esset, an nihilominus tutor Remansisset, et Respondet Scevola secundum ea que proponerent [illegible] iustas excusationes haberet non tamen esse excusatum propter vitium pronuntiationis, Progreditur ulterius, et querit, quia [illegible] esset si adquiescisset sententie, existimasset se excusatum propter numerum liberorum tutelam non gesserit: an periculum medii temporis [illegible] et actione tutele teneat et dicendum erat obstrictum esse, eo quod sententia fuit statutum tutorem eundem manere, et tamen Respondet Scevola [illegible] obligatum esse ad hoc ut medii temporis Rationem Redderet falso quod dictum est successores tutoris qui pendente apellatione decesserint [illegible] fuerint medii temporis Rationem Reddere devere; quam quidem dificultatem opresus Cujatius lib 2 Respons. Scevole existimat [illegible] esse testum in principe eiusdem et loco illius verbi testo existimat hoc verbum a iudice Reponendum esse ea Ratione [illegible] tutor ~~[illegible]~~ administrasset non potuisset paternus legitimus tutor locum habere, cum non sit locus legitime tutele quod testamentaria [illegible] quis sub [illegible] de testaria tutela arguto tex in l. quamdiu 89 de Reg iuris l. quamdiu 39 de adq. hered. sed [illegible] tui minime defendi pot. propter vitium emendationis, et ulterius etiam Reiicit, quod non liberamur a dificultate supra [illegible] que adducit ex final. verbis leg. dum Scevola Respondet non esse dandam utilem actionem contra tutorem Ratione medii temporis quo non administravit quare Antonius Augustinus lib 1 emendat cap 2 sequtus Gregorium Oleandrum negationem subtrahit in [illegible] bis huius tex ita ut sensus sit tutori utili actione conveniendum esse pro eo tempore quo tutelam non administravit, que quidem [illegible] pretor quam quod emendationis vitio laborat Reiicienda erit, ex eo quod negatione sublata verba illa Scevole ipsius [illegible] convenirent, cum Respondeat quod si errore potius se excusatione crederet tutor pro iure trium liberorum, quam malitia [illegible] administratione cessasset immunis erit omnino. quare hi et alii omissis sequenda est sententia Accursii et omnium [illegible] in presenti, qui quidem docent ideo non esse obstrictum tutorem in presenti damno medii temporis, quod errore facti [illegible] quidem error etiam ex facto alieno dependet iudicis nimirum, qui circa ius trium liberorum non declaravit, unde cum [illegible] re lapsus excusationem mereri; eo quod tres liberos habuisset, merito bona fides ei sufragat, ut non teneat prestare [illegible] dii temporis quod pupillo evenire pot. docent Accursius in dic l. qui testo 34 Castrensis et Gothofredus ibidem [illegible]

Quarto ex nostra similiter decidendi Ratione infero interpretationem [illegible] ratorem Gordianum Relatum in l. si pater 4 cod si pendente apellat. mors interveniat proponit patrem ad decurionatum [illegible] catum fuisse, posteaque apellationem interposuisse, et ea pendente in factum concessisse; quesitum est utrum apellatio [illegible] eiusdem successores eiusdem apellationis prosequi minime cogant, et secundum decisiones propositas ab Hermogeniano [illegible] Respondendum erat successores obstrictos esse prosequi apellationem propter damnum medii temporis si postea in apellatione [illegible] erint, et tamen Respondet imperator questionem decurionatus defuncti morte fuisse extinctam nec necesse esse prosequi [illegible] ne, que quidem dificultas auget ex tex in l. 2 cod ne filius pro patre, ubi imperatores Diocletianus et Maxi[mianus] [pro]ponunt patrem vocatum fuisse ad munus publicum postea que ab eodem provocasse et pendente apellatione teneant et Respondent non esse obstrictos filios emancipatos nec ad prosequendam apellationem, nec similiter ad damnum medii temporis falso quod dictum est successoris illius tutoris qui pendente apellatione decesserat obstrictos esse ad prosequendam obligationem propter damnum medii temporis si postea in apellatione fuerint victi Respondet cum Accursio quod imperator tantum Respondet ad casum sibi propositum non enim interrogatus fuit de damno medii temporis nec est dubium in iure ut accidit in l. verbum 22 ff de Rei vindic. docet ex pluribus Faquineus lib 1 controvers. cap 40.

finis

Ad tem. 8 ff de iudiciis

(si quis in legatione)

si quis in legatione constituerit quod ante legationem debuerit non cogi cum ibi iudicium pati ubi constituerit verba sunt ulpiani Gaii lib 2 ad edictum provinciale Relata in nostra lege ff de iudiciis quidem Responsum etsi brevi verborum cortice involutum plenum privilegium Revocandi domum ut non nullis in iure concessum comprehendit, sed quae praemii aut laudis consequi potuisse (auditores nobilissimi) nisi in omnibus personis privilegiatis. ut tota disputatio tantum circa privilegium Revocandi domum legatis concessum versavit et ut melius, et clarius perspiciat imoremur propositum nostri tex, hipotesis ad nostrum tex ita figuranda erit: proponit quod Gaius quendam officio et ministerio legationis fungentem apud Rempublicam Romanam constituisse, se soluturum certam quantitatem quam ex aliena causa in provincia in qua missus fuit ad Romam debebat; quaesitum est utrum is legatus debeat conveniri ad hoc ut pecuniam constitutam exolvat et affirmat ulpius, et legatum non esse cogendum iudicium subire Romae ubi pecuniam constituerit, sed potius conveniendum esse in ea provincia in qua causa legationis missus fuit ad Romam ex qua quidem casus positione ita ad nostrum tex figurata, illa ab omnibus deducitur agitanda propositio, ut legatum Romae constituentem, non in civitate Romana, sed potius in illa provintia ex qua missus fuit conveniendum esse quasqui dem assertio probat primo ex tex in l. 2 § legatis et § omnes ff de eo 47 l. si vero 42 cum aliis ff hoc tit de iudiciis l. si legatus 30 ff ad sct. trebelliani l. paulus l. is qui legatione ff de legat l. si per praetorem 27 § final l. abesse 32 § ita si quis ff de Receptis arbitris probat etiam eleganter in authentico de sanctissimis episcopis § si quis his copus collat 9 de iure Regio est elegans tex in l. 4 tit 3 part 3 l. 29 tit 9 lib 7 ordinamenti, illustrant et exornant hanc conclusionem et lato calamo plura conferunt ultra Repetentes in praelegatis iuribus Paulus castrensis et fulgosius in dic l. 2 § legatis cumanus et Gothofredus in dicta l. legatus 30 ff ad sct. trebel. Donel lib 19 coment cap 19 ubi Hualdus illigerus qui plures Refert cujatius in coment. ad tit ff de iudiciis in dic l. 2 § legatis dicto lib 23 observat cap 13 et lib 19 pauli ad edictum in dic l. non distinguemus Antonius faber in Rati ad nostrum tex et in Rati ad dictum § legatis Pes Gregorius lib 2 de Republica cap 2 Duarenus in paraphrastica ad tit de iudiciis cap de foro competenti Ubes Ubequius in paratitlis ad eundem titulum nus Andreas Gaz in practicis lib 2 cap 2 Cobarrubias practicarum quest cap 5 Albericus Gentilis cap 6 tractat. de legat Joannes Montarius 2 parte tit de iure Revocandi Rebufus de privilegiis secularium privileg 11 Gregorius lopez in dic l. 4 tit 3 part 3 Didacus perol in dic l. 6 tit 9 lib 7 ordinamenti.

Sed licet ulpiani Gaii Responsum tot storum oraculis tot interpretum authoritatibus in tuto esse videat, plura tamen adsunt quae id destruere ac perturbare conant et inprimis quatenus supra dictum est cum Gaio legatum non posse Romae conveniri pro debita in provintia pecunia, quam tempore legationis se soluturum constituit obstare videt quamplurima ulpiani Responsa in l. ult ff de interdictis et Relegatis l. Romae 33 ff ad municipale l. si duobus 6 § Romae ff de excusat tutorum l. in orbe 27 ff de statu hominum ex quibus omnibus deducit Romam comunem esse patriam, ob idque Recte docet cicero Relatus a cujatio in dic l. si duas alia quidem naturalem in qua quis est ortus, aut Oriundus, alia vero civilis quae est civitas Romana omnibus Romano imperio subiectis comunis patria sit

q explorati∫simi iuris est posse quem in patria propria ratione Originis aut domicilii conveniri l. n ubique 4 ff ad municipalem l. 2 cod. de iurisdictione omnium iudicum l. cives cod. de incolis lib. 10 consequenter dicendum erit recte potuisse legatum convenire in Civitate Romana, cum sua fuisset patria propria ubique esset inventus eo tempore quo conveniri debuit, falso q. ill.mus Gaius adfirmat legatum non esse compellendum subire iudicium Romae, sed in patria sua.

Crescit equidem quamplurimum difficultas ex l. 2 § omnes ff de iudiciis proponit q. eius q. licet legati ius revocandi domum habeant tamen si in ipsa legatione contraxerint minime hoc privilegio uti poterant quinimo conveniendi erunt Romae ubi contraxerunt, quomodo q. noster Gaius afirmat legatum constituentem Romae tempore legationis, non Romae ubi constituit, sed alibi conveniendum esse, non constituto ab ipso legato celebratus fuit contractus arguto tex. in l. 2 ff promissor 21 cum vulgatis ff de constit. pecunia

Denique auget difficultas ex decisione tex. in l. si legatus 30 ff ad senat. trebel. ubi docet eius, quem in patria sua heredem fuisse institutum et rogatum de restituenda hereditate, postea publice fuisse creatum legatum quaerebatur an Romae tempore legationis compellendus esset iudicium subire, et compellatur hereditatem adire et respondet eius eo ipso tempore quo adhuc in legatione est debere subire iudicium et hereditatem adire, et respondet eius eo ipso tempore quo adhuc in legatione est de iure subire iudicium, et hereditatem adire, constat q. legatum minime privilegium habere aliq. revocandi domum quinimo afirmandum est debere subire iudicium Romae cum patria sit communis sicut subire tenentur omnes privati qui nullam legationem habent.

his q. et aliis pro ratione dubitandi minime refragantibus verissima quidem est nostri ill.mi Gaii propositio, et tamquam iuri, et rationi omnino consona defensanda nimirum legatum constituentem Romae, se alioquin pecuniam soluturum non ubi constituit, sed in patria sua conveniendum esse cuius quidem decisionis ratio ut radicitus percipiatur nulla prae tibare iuvi, primo enim illud notatu dignissimum est legationis munus publice introductum fuisse, ut regna et securitas, aut civitates publica negotia sive ad bellum sive ad pacem prestantia pertractare potuissent; quorum quidem authoritas aut potestas magna semper fuit apud Romanos, precipue eorum qui bellorum causa constituti erant de quorum privilegiis agit in l. ult. ff de legatio. l. postliminii eod. § captivus ff de captivis et post. et de iis bellorum legatis ne extra propositum immutemur videndi sunt brison de de verbo iuris verbo legatus Ovaldus lib. 4 coment. Donel. cap. i.o plinius lib. 22 cap. 2 legatis enim rebus reipublicae prestandis ad principem missis, plura privilegia in iure civili sunt concessa de quibus in l. legatos l. Paulus § l. si absentiis ff de legationib. inter quidem illud precipuum est ut licet Roma sit patria communis et quilibet possit ibi conveniri de contractibus in quocumque loco factis, tamen legatis causa reipublicae missis non poterit habere revocandi domum de omnibus contractibus ante officium legationis cuius quidem privilegii causa in obscuro non est, ex his quae tradit bartolus in auth. de sanctissimis episcopis collat. 9 cum q. hoc legationis munus ad utilitatem et comodum reipublicae fuerit institutum, l. legatus actionibus aut iudiciis, ∫unius

propositis

Caeipiud ipsi propositi Respondisset propter eiusdem in Luco occupationem Reipublicae non tederet Cum ipsa negotiis sibi Commissis superesse non potuisset. Recte equidem hoc privilegium eidem fuit Concessum, ut minime potuisset ex Contractibus antea gestis in ipsa Republica Romana Conveniri, ne quid mirum non nec negotiis aut Rebus propriis adesse potuerit ibi his occupationibus adstrictus Reipublicae negotia ad quae pertractanda missus est deserere omnino videat docent Eleganter Cuiacius in d. paratis § generaliter l. absentis ff. de legatis nec non Cuiacius lib. i. Respons. Pauli in dicta Paulus.

Secundum dubium de se ofert an privilegia legatis Concessa etiam legatis aliarum Civitatum praeter Romanae seu aliorum Municipiorum sint in iure atributa et breviter ut ad alia perveniamus dicendum arbitror quod inspecta prima Concessione haec privilegia tantum legatis Reipublicae Romanae Competebant ex eo quod Respublica solum de Romana dicatur arguto tex in l. ex quibus lib. sequentibus ff. de V. S. l. 06 pecuniae § 1 ff. de furtis Cum de Cuius Conciliatione et intelligendi l. 4 § sed etsi ff. ad leg. Iuliam peculatus Consulendi sunt omnino Ermoridatione alciati lib. i disputationum Cap 4 Cuiacius lib. i. Responsorum Papin. in dic. l. ob pecuniam Duarenus lib 2 disp. Cap. 26 Osualdus lib. 15 Comment Cap 29 tamen postea ex Constitutione imperatoris Marci Commodi privilegia et Municipiorum et Civitatis legatis tribuerunt, ex quibus Recte interpretatur Cuiacius lib. 19 Obser. Cap. 19 tex in l. legatis § ff. ex quibus Causis maiores ubi docet Cum legatis municipiorum et Civitatis absentibus sui municipiis aut Civitatis Causa succurrendum esse ex Constit imperat. quasi Cum dixisset quod licet his legatis privilegia non competant ex Iuris Communis Constitutione, ex imperatorum particulari Rescripto eis succurrendum erit. ——— L. legatis. 8 ff. ex quib. causis maior. 4.

Deinde Etiam notandum est pro eruenda decidendi Ratione ad nostrum tex ex illis verbis Constituit quod ante legationem debuit non alias Constitutum valere nec actionem de Constituta pecunia oriri, quae si debitum aliquid aut mixtum aut naturale praecesserit tex in § ar. per Cum vulgatis ff. de Constit. pecun. ideoque Constitutum semper fundamentum et originem a primaeva illa Causa habuisse ex qua quidem pecunia debeat pro qua quidem doctrina expende elegantem quidem decisionem Relata ab Antonio fabro in Rat. ad nostrum tex in l. 19 § 33 ff. de donationibus proponit enim Ermogenianus quendam donationis Causa alicui pecuniam promisisse, postea ipsam pecuniam se soluturum Constituisse quaerebat utrum donans potuisset exceptionem oponere adversus donatarium ne in solidum potuisset Condemnari et Casus eo potissimum Ratio urgebat quod pecunia promissa erat ex Causa stipulationis in qua quidem privilegium supra dictum locum habere nemo usque adhuc afirmavit Cum id tantum Competat, quoties pecunia Causa donationis debet tex in l. divus pius ff. de Reg. Iuris tex in l. inter eos 19 § 4 quoque Cum sequent. de Re iudicata et hac dubitatione minime refragante Respondet Cum Rerum pecunie, ex Causa stipulationis non in solidum, sed potius in quantum facere potuit Condemnandum esse, ea eleganti Ratione quam Cuius adiicit quod Causa et origo Constitutae pecuniae semper inspicienda est unde Cum ex Causa donationis deberet in qua Relatum privilegium locum habet, Consequenter etiam dicendum est illud non Cessare etiam si pecunia postea fuerit stipulata, Cum origo et Causa Constitutae pecuniae semper inspiciant docet eleganter Antonius faber in Rat. ad nostrum tex et lib. 9 Coniect Cap 3 pius Gregorius lib. 24 Sintag Cap 1 Gedeus de Contrah. stipulatione Cap 2 Duarenus et Obsequentibus quibus ad tit. de Constit. pecunia.

Quibus ita iam pro decidendi ratione, adque rone propositis accipite lcm Guid luce meridiana clariorem docet enim q si legatus constituat Romae se soluturum illam pecuniam quam ante legationem in provincia debebat non erit cogendus subire iudicium Romae ibi pecuniam constituit sed potius in illa provincia in qua pecunia debita erat ea elegantiori rone q cum legatis competat privilegium revocandi domum, si forte conveniant de his contractibus qui forte ab ipsis fuerint celebrati ante legationem unde docet lcs Romae non esse compelendum subire iudicium, q licet sit Roma patria communis et quilibet possit convenire etiam pro contractibus in diverso loco celebratis, legatis tamen ne forte hac ocupatione irritati ac adstricti a negotiis suae legationis abstrahant hoc privilegium in iure concessum est, nec obstat q in nostra specie legatus Romae constituisset pecuniam et sic quasi contrahendo videtur renuntiasse privilegio, q quidem minime competit de his contractibus qui in ipsa legatione a legato celebrati dic le 2 § legatis hoc tit q dicendum erit non esse atendendam causam tempore iuditii accepti, q ii in legatione erat, sed potius inspicienda et considerandam erit antiqua et primeva origo ex qua pecunia debebat, ideo q cum haec praecessisset legationem consequenter dicendum erit non posse convenire ratione huius pecuniae Romae cum censeat contractus celebratus non tempore legationis sed potius ante oficium ipsius legationis adeptum: hanc rationem decidendi ad nostrum tex docent eleganter Bartolus fulgosius et omnes antiqui quos sequti sunt petrus barbosa et Antonius faber in praesenti ——

Qua ratione decidendi ad nostrum tex iam ita explanata plurima iura interpretanda se se oferunt primo q venit interpretandus tex in l cum qui § § iulianus ff de constit pecunia ubi aperto marte nostrae decisioni contrarium respondet Iuriscons

l. cum qui §. §. Iulianus ff. de cons. pec.

afirmat equidem Romae legatum constituentem pecuniam quam ante legationem in provintia debebat, Romae conveniendum esse cuius contrarium decisum est in nostra specie Dum in ea Gaius adfirmat legatum Romae constituentem pecuniam debitam in provintiam non esse cogendum subire iuditium ubi constituit sed potius in provintia cum causa antiqua constitutae pecuniae et origo primeva atendat cuius quidem tex dificultas adeo gravis est ut coegerit interpretes in varias abire solutiones Donelus lib 22 coment cap 19 existimavit ita haec iura componenda esse ut in nostra specie dubitaverit Iuris an legatus qui Romae constituit se soluturum q ante legationem in provintia debebat possit conveniri Romae, et respondet non esse Romae, sed in provintia conveniendum, cum causa antiqua pecuniae constitutae inspiciatur, iterum in dic l cum qui § iulianus non dubitat Iuris an legatus Romae constituens se soluturum q in provintia debebat Romae sit conveniendus sed an teneat actione de constit pecunia et respondet conveniri debere, unde verba illa sequentia q verum est non erant referenda ex mente Donelli ad locum ubi conveniri debeat legatus sed ad actionem, ita q Iuris afirmat non esse conveniendum legatum Romae, sed sit obstrictus actione de constituta pecunia ut postea quando rediverit conveniat in provintia ——

Quae solutio et verbis et menti lcti repugnat ut constat ex illis verbis conveniri debeat quae non possunt adaptari actioni competenti sed potius ad locum

ubi reus

ibi reus conveniendus erit necessario referri debent nam verbum convenire delationem, aut vocationem in ius significat, preterea supervacuo omnino foret decisio consulti in d. § Iulianus si ad actionem competentem adversus legatum restringeret, nam nulla dubitandi ratio poterat adesse, aut legatus teneretur actione de constituta pecunia si constituisset Rome soluturum, quam in provincia acceperat, quare hac solutione omissa et alia tradita ab Antonio Fabro in presenti, et Osualdo in notis ad Donell. d. libr. cap. 14. sequenda est doctrina Cuiatii lib. 13. obs. cap. 17. quippe qui duo casus distinguendi sunt pro interpretatione horum iuris primus equidem casus est quando legatus Rome constituit se pecuniam soluturum quam in provincia acceperat ita quod locum solutioni non designasset, sed tantum simpliciter se pecuniam soluturum affirmasset in qua quidem specie dicendum est Rome non esse compellendum iudicium subire quod licet pecuniam constituisset tempore legationis tamen cum causa antiqua pecunie debite inspiciatur, et in provincia deberet ibi conveniendum esse dicendum est quomodo intelligendus est noster tex. Secundus vero casus est quando legatus Rome constituit se pecuniam soluturum ita quod Roma tamquam locus certus et destinatus fuerit solutioni in hac quidem specie affirmandum est Rome conveniendum esse, quod licet debuisset attendi causa primeva pecunie constitute tamen cum locus fuerit designatus et in loco facienda erat solutio recte etiam ibi conveniretur legatus, et in hoc sensu intelligendus est difficilis tex in d. l. cum qui § Iulianus ff. de constituta pecunia dum affirmat N. legatum Rome constituentem pecuniam in provincia debitam Rome esse conveniendum, qua solutione intelligit tex in l. cum quererent 30 ff. de legat. docet eleganter Cuiacius d. lib. 13 obs. cap. 17. licet prius acceperit ab Accursio etiam si obscure in d. l. cum qui § Iulianus. — l. cum quererent 30. ff. de legat.

Sed adhuc a difficultate non sumus liberi ex eodem tex. in § Iulianus vers. sed si non cum Rome obligaretur dicet consultus, quod si adhuc legatus in sua patria constituisset Rome soluturum promittat ibi non erit conveniendus, igitur nihil interest an Roma tamquam locus solutioni destinatus proponatur a legato, an indistincte fiat constitutum, cum nunquam posset Rome conveniri, que quidem difficultas, etsi gravissima sit, subtiliori tamen elidit discursu notemus, diversam esse speciem propositam a consulto in diverso, sed si non cum nondum Rome erat, ideoque contractus ante legationem fuit celebratus, et licet civitas Romana tamquam locus solutioni destinatus proponatur durante adhuc legatione propter suum privilegium etiam conveniri non poterit, nec obstabit si quis obiciat supervacue appositam fuisse urbem Romanam solutioni adsignatam, quod respondetur multum operari cum postea finita legatione, necessario pecunia Rome sit solvenda.

Secundo ex eadem decidendi ratione venit interpretandus tex in l. si uxor 42. ff. de iudiciis proponit consultus uxorem a marito, qui legatus erat Rome, divertisse dubitat consultus ubi uxor petere poterit dotem ab ipso marito an Rome ubi divertit an in provincia ubi matrimonium contraxit, et dicendum erat maritum non esse agendum subire iudicium Rome sed potius in provincia cum in ea contraxisset matrimonium, et in privilegio si ibi excesso ius habet revocandi domum ita pro contractibus alibi gestis is Rome non conveniatur his quoque minime obstantibus affirmat consultus legatum maritum Rome in dotis necessario Rome defendendum esse constat quod legato minime competere ius revocandi domum itaque minime teneatur in legatione pro contractibus in alio loco gestis dum affirmat consultus legatum maritum Rome dotis nomine conveniendum esse v... Cui quidem difficultati respondet Accursius in d. l. si uxor 42. ideo maritum esse conveniendum Rome etiam si legatione fungatur, quia non in provincia sed in civitate romana illa uxorem accepit cum quo fuimus contractus celebratus quia iam erat in ipsa legatione recte decisum est Rome conveniendum esse cum exploratissimi iuris sit pro contractibus et delictis tempore legationis aut gestis aut perpetratis posse legatum conveniri Rome d. l. 2 § omnes l. n. alias 24 cum vulgat. ff. de iudiciis. Que quidem doctrina omnino respuenda est cum non constet ex aliqua parte decisionis maritum Rome uxorem accepisse, quinimo dicendum quod legationis causa cum uxore sua Romam pervenisse: Quare hac doctrina omissa Donel. lib. 17 Coment. cap. 13 Antonius Faber in Itali. ad tex. in dic. l. uxor eius rimarunt eandem esse causam distractus ac contractus, et eodem modo quo legatus Rome conveniri potest pro contractu tempore legationis celebrato ita similiter dicendum erit conveniendum esse pro distractu cum et distractus et contractus eadem sit natura arguto tex in l. si quis absenti § is quoque ff. de oblig. et actio cum quod maritus per divortium Rome cum uxore celebratum detransire quodammodo videatur consequens quod dicendum erit ratione huius distractus Rome conveniendus in iudicio ut dotem uxori restituat. — l. si uxori 42. ff. de iudiciis.

Sed licet hec doctrina verissima sit non tamen adhuc a difficultate sumus liberi, cum divortium non possit appellari distractus, imo potius censendum sit contractus, propterque cum soluto matrimonio per divortium statim competat uxori actio rei uxorie ad petendam dotem que non ex distractu sed potius ex contractu oriri valet tex in l. 1. tex in l. si maritus 43 tex in l. nupta 30 cum aliis ff. solut. matrimonio tex in l. unic. § fin. ante med. cod. de rei uxorie actione. Quare his et aliis omissis sequenda est doctrina Cuiatii lib 24 quest. Papi. in dic. l. si uxor qui quidem docet ideo in supradicta specie maritum Rome conveniendum esse quia divortium cum uxore celebrando, contractum cum ipsa fecit et sicut pro quibuscumque contractibus,

in legatione celebratis legatus tenetur ita similiter et pro divortio cum uxore sua contracto, et quod divortium sit propie contractus, expendo tex elegantem in l. iuris gentium § quinimo versic. pactis ff. de pactis ubi docet cum post divortium contractum pacta et conventiones appositas non infirmare necad [...] nem inducere ex eo contractu, cum intervallo fuisset interposita, quod quidem nequaquam dicendum est si in ipso contractu

l. exigere 65. ff. de iud. it. divortij hec omnia apponantur docet elegantis Cuiacius d. lib. 24. quest. Pap. in d. l. uxor, sed licet hec omnia verissima sint adhuc contra solutionem obstare videtur responsum in l. exigere 65. ff. de iudicijs ubi supponit consultus uxorem dotem exigere debere, quocumque modo matrimonio disoluto ubi maritus domicilium habuit, quod dicendum erit uxorem divertentem a marito in d. l. uxor non posse dotem exigere a marito suo Rome sed necessario ipsa dos petenda erit in eo loco, ubi maritus domicilium habet. Cui quidem difficultati recte respondet Ant. Fab. in rationali ad eandem legem exigere quippe qui discrimen maximum constituendum est inter eum casum quo matrimonium morte viri dissolutum est, aut inter eum, quo divortium factum est primo equidem casu verissimum est dotem exigendam esse ab uxore eo in loco ubi domicilium maritus habuit, et matrimonio morte mariti dissoluto intelligenda est consulti decissio in d. l. exigere dotem, ut constat ex illis verbis ubi maritus domicilium habuit, que verba utpote tempus preteritum perse ferencia marito mortuo adaptanda erunt, alioquin enim si adhuc maritus in rebus esset humanis non potuisset consultus illa verba habuit preteriti temporis, sed potius habet quod presens significat, secundo enim casu videlicet quando matrimonium divortio solutum est, tunc equidem distintio adibenda erit, nam si fiat sine culpa mariti necessario uxor in dote repetenda eiusdem domicilium sequi tenetur, cum ipse sit caput uxoris [...] l. 22. § 1. l. ult. § ite reperiunt ff. ad municipalem, alioquin enim si utriusque causa matrimonium fuerit dissolutum tunc dos repetenda erit in eo loco ubi divortium fuerit celebratum, ideoque cum coniugium distractum fuisset Rome utriusque coniugis causa in d. l. uxor 42. ff. de iudicijs recte decisum est a consulto ubi dotem repetendam esse ab uxore docet elegantis Antonius Fab. in ration. ad d. l. si uxor.

Tertio ex eadem decidendi ratione venit interpretandus tex in l. deco 26. ff. h. tit. de iudicijs ubi supponit consultus legatum Rome heredem institutum hereditatem

l. deco 26. eod. adisse, querebatur utrum adeundo, ita creditoribus hereditarijs obstringeretur ut ibi statim potuisset conveniri et si verum est quod supradiximus legatum ex contractibus in legatione gestis conveniendum esse Rome consequenter dicendum erat in specie proposita legatum ad eundem hereditatem creditoribus esse adstringendum ita quidem ut in ipso munere legationis potuisset conveniri, et tamen respondet consultus minime in eum competituram actionem neque creditoribus, aut legatarijs ne forte impediat legatio. Crescit etiam difficultas cum certissimi iuris sit aditione hereditatis, quasi contractum fuisse celebratum inter heredem adeuntem et creditores hereditarios, et legatarios tex in l. 3. § ult. et l. sequenti ff. ex qq. causis ipsos. cat. l. si quis absentis § heres quoque ff. d. O. et A. § heres inst. de oblig. que ex quasi ctrac. nas. unde dicendum erat recte potuisset conveniri legatum hereditatem adeuntem, cum tempore legationis contraxisset. Cui difficultati non satisfacit, qui dixerit cum Acursio in d. l. deco discrimen esse constituendum inter contractum et quasi contractum ita quod legatus ex contractibus tempore legationis celebratis non habeat privilegium domum revocandi secus si in quasi contractu certus, et expressus sit consensus legati huic privilegio renunciantis non ita in quasi contractu, ubi non expressus, sed presumptus intelligitur consensus d. § heres quoque d. l. si quis absentis § heres ff. d. O. et A. = quorum doctrina omnino reprovenda est ex l. in l. 36. § senator ff. de iudicijs ex quo deducitur nullam esse differentiam constituendam inter contractus, aut quasi contractus proponit enim SC. senatorem in provincia alienis negotijs se obtulisse casu quod ex ipso quasi contractu oriebatur actio negotiorum gestorum quesitum a consulto an is senator in provincia conveniendus esset apud iudicem eiusdem provincie an vero potuisset domum revocare ex privilegio sibi iure concesso quo constitutum est senatores proprium iudicem Rome consistentem habere de quo in l. 2. Cod. ubi senatores vel clarissimi docet quod consultus eo ipso quod contraxit alienis negotijs se inmiscendo iudici proprio renunciasse ac per consequens non potuisse domum revocare patet quod nullam esse differentiam constituendam inter contractus, et quasi contractum, ut falso existimarunt Acursius et nonulli antiqui. = quare his et alijs omissis sequenda est doctrina Cuiatij in comentarijs ad tit. de iudicijs in d. l. 2. § legatis Ant. Fab. in rationali ad eandem legem deco qui quidem docent, quod licet legatus teneatur ex omnibus contractibus in legatione gestis, tamen quando ita negotiosus est contractus ut legatio impediat tunc enim habebit privilegium revocandi domum, ne alioquin legatio reipublice impediatur, quod quidem maxime accidit in hereditate delata, nam cum plurima onera in se substineat, et actiones activas, et passivas quam plurimum equidem legatus legatione propria impediretur si in legatarijs, et creditoribus respondere

tenesset paratus, unde recte decissum est a Paulo in d. l. de cos. legat. heredi etc. adeuntes, licet non sit arbitrimus ex rebus hereditariis aut legatarii teneri tamen satisdationem offere, qua nisi offerat legatariis et creditoris in possessionem rerum hereditariarum mittendi erunt, cuius quidem iuris rationem refert Sedianus in l. si quidem prohibet ff de iudiciis quid enim prohibet inquit SC. legatum publico munere fungi, et actorem custodiae causa in possessionem rerum hereditariarum esse quasi ageretur dixisset, in mittendo actore in poss. nullum novum, nullum preiudicium legationi inferri [illegible]. docent Curatius et Ant. fab. [illegible], sed contra solutionem propositam expendendus est tex in l. tutor 35. § qui non compelluntur ff de iure iurando [illegible] certum est legatum non esse compellendum subire iudicium Rome, ne legationis munus impediat, ideoque minime tenentur legatariis et creditoribus consequenter dicendum erit ubi ita leve fuerit negotium ut nullum preiudicium adferat legationi recte expediendum erit a legato, ut consultus affirmat in l. Paulus § Paulus ff de legat. de eo qui cum amico suo pretore gratis conciliatus participabat, nam hoc impedimentum leve sit, et nullum damnum adferat legationi recte quod legatus expediri posse ut si hoc quod verabunt nomine delato iuramento iurandi actum leve esse dicendum est, et gravem autem nisil preiudicii posse legationi inferre, et tamen docet Consultus in d. l. tutor 35. § qui non compelluntur legatos non esse compellendos iurare, quod constat evidenter privilegium revocandi domum non ideo quod a legatio impediat concessum esse legatis, cum in iuramento nec occupatio aliqua aut aliquis temporis spatium consumat, et tamen omnimodo legatus a iure iurando removebit, sed huic dificultati [illegible] dicendum erit IC. decissionem in ~~[illegible]~~ d. l. tutor § qui non compelluntur ff de iure iurando intelligendam esse de iuramento aliquo confirmatorio, quod a legato fieri potest, sed potius de iuramento iudiciali seu conventionali quoque quidem ad pretoris edictum pertinent, ut is qui hoc defert, aut iurare cogat, aut solvere tex in l. si non fuerit 37. tex in l. iusiurandum 40. cum aliis ff de iure iurando unde qui legati non coguntur Rome iudicium suscipere propter privilegium eis de concessum, similiter nec iurare cogendi erunt, cum aliter iuramentum hoc exiberi potuit, quod iuditio accepto docet eleganter Cujatius lib. 22 ad edictum pauli in dic. l. tutor § qui non coguntur cum quibus faber in Rati. ad eundem tex

Quarto ex dictis venit interpretandus tex in l. 32 § item, si quis Rome, vers. illud in prima specie, ff de Receptis arbitris ex quibus quidem verbis constat legatum iudicium sponte sua et voluntate suscipere, siquidem ubi quod hoc revocandi domum legatis concessum est ea quidem ratione ne legatio legatis commissa impediat consequenter dicendum erit ut posse tanquam causam publicam non esse renuntiari ab ipso legato cum quidem qui non in ipsius favorem sed potius in publicam utilitatem sit constitutum renuntiari nequeat arguto tex in l. pactum 20 Cod de pactis l. si quis in conscribendo Cod. de episcopali audientia, cumque privilegium hoc non ad utilitatem aut comoditatem legatorum respiciat quam bonum publicum et utilitatem cuiusque Rei publice, consequenter dicendum erit minime ab ipso legato renuntiari potuisse, cuius tamen contrarium omnino evincit ex dic. l. non distinguemus 32 § illud in prima specie = cuius quidem tex dificultas pendet ex illius questionis resolutione, an legati huic privilegio renuntiare valeant in qua questione nonnulli ex interpretibus existimarunt legatum predicto privilegio revocandi domum recte renuntiare potuisse quorum quidem doctrina omissa, et explosa alia existimantium distinguendum esse inter contractus celebratos a legato cum licentia principis, aut sine ea, priorius dicendum est privilegium hoc legatis concessum non in favorem utilitate et comodo consistere, sed potius in utilitate publica quo minime a legato renuntiari poterit, alioquin enim si ipse ex voluntate sua in iudicio conventus appareret omnino legatio sibi commissa impediret, pro qua doctrina expendendus est tex in dic. l. si aulus § final. l. legatus ff de legatio. in quibus omnibus IC. proponunt nullo modo legatis permittendum esse ut nec aliena negotia nec propria pertractari queant ne forte ita irretiti et adstricti legationis munus impediat. = Nec obstabit tex in l. si absenti 10 ff de legatio ubi docet cuiusquam licet legatus negotium suum curare non possit tamen alicuius pupille nomine et causa defendere et instruere licebit, que quidem decisio propter pupille favorem procedit, ob idque licitum est legato quodammodo a legatione subtrahere = Superest quod ut illud de novo in l. non distinguemus vers. in prima specie cum ad accipiant ex quo nonnulli probarunt posse legatum huic privilegio sibi concesso renuntiari, cum in eo affirmat cuius legatum posse cogere ~~[illegible]~~ arbitrum et sententiam dicat, sed huic dificultati respondendum est ex doctrina occurrit in dic. l. item, si quis, scripta ab Antonio fabro [illegible] quidem docent non aliter posse legatum cogere arbitrum sententiam dicere quam si se defendat. ex quibus constat quod licet legatus non possit agere in causis civilibus sed tantum se defendere, tamen suam iniuriam aut aliud damnum sibi [illegible] vindicare. Preterea venit interpretandus tex in l. cum furiosus 39 § ult. respondet [illegible] causa contractum eisdem permittitur per consequens ut conveniant, si de [illegible] legationis [illegible] et hoc sit preterea ne legatus interdicat comertio

finis.

l. tutor 35. § qui non compelluntur ff de iur. iur.

l. 32 vers. item si Rome. ff de Recep. arb.

l. cum furiosus 39. § ult.

= Ad leg. Ut fundus. 18 ff. Comuni dividundo. =

Ut fundus hereditarius fundo non hereditario serviat arbiter disponere non potest inquit Sabolenus lib. 2 epistolarum in leg. ut fundus 18 ff. comuni dividundo, quia ultra id quod in iudicium deductum est, excedere potestas iudicis non potest, ex quibus quidem verbis illa ab omnibus interpretibus emendata conclusio, ut sententia libello, seu petitioni debere esse conformem, unde si arbiter ad divisionem fundi hereditarii constitutus fuisset, non poterit fundo hereditario servitutem imponere ex solvendam fundo non hereditario, cum talis servitutis impositio, a coheridibus non fuisset excogitata, sed tantum illud fuit in iuditio deductum ut fundus hereditarius inter ipsos divideret, non mirum si lex doceat inutilem fuisse servitutis impositionem ab arbitro excogitatam cum non liceat extendere potestatem suam ultra id quod in iuditio deductum est, quae conclusio probatur similiter ex tex. in leg. non potest 23 leg. quemadmodum 33 § solemnibus ff. de iuditiis leg. Antius 14 § fin. ff. de aqua pluvia arcenda leg. similiter et § si egero leg. si ex testo 20 in fine ff. de excep. rei iudicatae leg. si servum 93 ff. de V. O. leg. item leg. item labeo 22 ff. famil. erciscundae leg. 1ª § 2 ff. de usuris tex. in leg. final. cod. de liberis et libertis, probat etiam tex. in cap. licet Helisi 26 in omnes Canonistae de simonia cap. qualiter et quando de acusationibus explicant ultra ordinarios in precitatis locis Gotofredus hic et in leg. solemnes ff. de iuditiis Saldus in leg. 1ª cod. si plures una senta Gayon in leg. si vinum 22 de Reb. credit. Bartol. consil. 12 columna 2 Wesembequius in paratitlis ad tit. ff. de re iudicata nu. 7 versic. Wesembequius in § iurare instit. de actio. Duarenus in paraphrasis ad tit. de iuditiis in dicta leg. solemnes et in leg. non pot. 7 eodem tit. Pus Gregorius lib. 46 Syntag. cap. 2 Donellus lib. 20 coment. cap. 4 ubi Osualdus Iligerus cum pluribus, Antonius Faber 1 tom. ratio. in ratio. ad leg. solemnes et in leg. non quemadmodum ff. de iudiciis, et 2 tom. ratio. in ratio. ad nostrum tex., et tomo 4 de erronibus pragmat. decade 88 errore primo Cujatius in comentariis ad tit. de iuditiis in dicta leg. non pot. et in leg. solemnes Faquineus lib. 11 Controvers. cap. 17 Menoquius de arbitris lib. 1 questione 31 Pinelus in leg. 2 cod. de rescinc. vend. 3 parte cap. 3 Cobarrubias in practica cap. 6 et 9 Nicolaus Calla tractatu de reb. dubiis nu. 22.

Et licet ex dictis iam constet responsum Saboleni verissimum esse quatenus docet potestatem iudicis non esse extendendam ultra id, quod in iuditium deductum est proindeque, si ad divisionem fundi actio fuerit comuni dividundo, non posse arbitrum fundo hereditario servitutem imponere preestandam tribuendam fundo non hereditario, cum talis servitutis petitio in iuditio comuni dividundo deducta non fuisset, [illegible] servitus insurgit dificultas, quae nostrum responsum tanquam iuri contrarium eludendum venit, nam si verum est actionem fuisse ad divisionem fundi hereditarii [illegible] convenienter dicendum erit dividentes coheredes fuisse cum intentio agerit de divisione fundi hereditarii, inque quidem non iuditium comuni dividundo, sed iuditium familiae erciscundae, [illegible] ubi vindicat, cum de rebus hereditariis loquatur, et tantum intonat rei coheredes, quod res hereditaria dividendae veniat quod si hereditaria fuisset fallo [illegible] coheredes iuditio comuni dividundo [illegible] ad divisionem, cum non hoc iuditio, sed potius familiae herciscundae iuditio, quod tantum habet locum inter coheredes agendum erat [illegible] [illegible] leg. si ex asse 40 ff. familiae herciscundae leg. bona fide 8 cod. eodem tit. quia [illegible] non iuditio comuni dividundo, sed potius familiae erciscundae agendum, cum tantum intonat quod res hereditaria venit dividenda,

Rursus, [illegible]

ff. Sabolenus affirmat scilicet non esse extendendam iudicis potestatem ultra id quod in iuditio deductum non est consequenter dicendum erit non licere iudici aliquem in stimationem condemnare quippe qui cum res sola principalis in iuditio fuisset deducta, non vero eius stimatio iudex enim non in stimationem sed in rem principalem debet condemnare, ne alioquin eius sententia libello conformis non sit in quo non stimatio, sed principalis res petita erat, et tamen expressissimi, et apertissimi iuris est iudicem non solum in re principali, sed etiam in eiusdem stimationem posse condemnare quae sententia non debet esse conformis libello, probat hoc propositio ex leg. si homo 8 ff. de re iudicata leg. vinum 22 ff. de rebus creditis leg. 3 § in summa ff. quemadmodum leg. arbitrio 14 ff. de dolo leg. qui restituere 68 de rei vind. leg. fundus 26 in fine ff. de novat. leg. si heredes 21 § si per venditorem ff. de actionibus emp. leg. generaliter et ult. ff. de condic. furt. leg. in re 8 in principio ff. de condic. furt. leg. si servum 91 § sequitur ff. de V. O. ex quibus omnibus probat posse etiam iudicem condemnare ultra id quod in iuditium deductum est quod similiter in nostra specie poterit imponere servitutem praestandam fundo non hereditario, ut ultra id quod petitum est potestatem suam extendere valeat.

Denique crescit quoque [illegible] maxime hec dificultas ex eo quod in obligationibus faciendi non pecunia, sed factum, similiter nec in iuditio res obligationis pecunia, sed factum tantum deducitur, si stipulationes non dividuntur 72 leg. quidquid adstringendae 99 ff. de V. O. leg. in iuditiis 21 versic. pretium hereditatis ff. de hereditate vel actione vend. leg. 5 § 27 [illegible]

unctis traditis a Gregorio Lopez ibidem et tamen in his omnibus obligationibus poterit iudex non ad factum
sed ad interesse Reum Condemnare l. si Calendis et l. si quis ab alio 13 ff de Re iudic. Docet contrarium faber lib 6 Conjec
turarum Cap 17 Donelus lib 15 Coment Cap 3 faquineus lib 3 Controvers. Cap 17 quod ex dictis iam constat sententiam non debere esse
Conformem libello, quinimo licere iudici Condemnare in id quod in iuditium deductum non est, ac per Consequens po
tuisse in nostra specie imponere servitutem fundo non hereditario prestandam, alias servitutis petitio in iuditium deducta non fuisset.
Sed his tamen et aliis minime Refragantibus Verissimum est Labeonis Responsum Sed ut eius mens in aperto Con
stitat ex traditis longa manu a Bancio tractat de Nullitatibus tit de effectu processus Donelo Antonio fabro et
Cujatio ubi supra quedam prelibare oportet, et in primis scitu dignissimum est ad intelligendum nostrum tex, simulque et ad
Cognitionem aliorum, l. 12 tab iuditium familie erciscunde inter Coheredes tantum institutum fuisse nam Cum materia Co
munionis quamplurimas discordias excitare soleat l. Cum pater 77 § dulcissimis de leg 2 ideoque invitus in societate
detinendus non est, ut docent imperatores in l. ult Cod Com. divid. merito iuditium familie erciscunde autoribus ex
cogitatum fuit, quo res hereditarie dividuntur et non aliis. quam Coheredibus Competit l. 1 et 2 l. heredes 2 § ff fam erciscunde
l. Cum putarem 36 eodem tit Cum pluribus traditis a Vbesembequio in paratil ad tit fam. erciscunde Donelo lib 9 Coment Capi
te [illegible] Gregorio lib 19 Sintagmate 4 Ceterum si semel iuditium familie erciscunde intentatum fuerit, et aliques Res Co
munes supererint quod Rursus intentari non potest l. si filia § familie ff fam erciscunde l. quibus Casibus 34 ff pro so
cio non iuditium familie erciscunde sed potius Comuni dividundo locum habebit, qua doctrina omissa alia Accursii inf.
in l. 1 heredes 44. ff familie erciscunde intelligendus est tex noster, ideo enim tantum iuditium Comuni dividundo etiam pro fun
do hereditario Competit, quia iam intentatum erat iuditium fam. erciscunde Cumque fundus Comunis superesset recte iuditio
comuni dividundo non vero fam. erciscunde agendum erit cum iterum non valiat intentari semel intentatum dl. si
filia § familie, docet alia in summa ad tit fam. erciscunde Ant. fab. 2. tomo in rationali ad d l. si filia § familie
et in l. quibus Casibus 34 ff Pro Socio. — Rursus ex hac doctrina interpretor tex. in l. et pet. § Julianus ff familie erc.
respondit Julianus iudicem, qui ad dividendam hereditatem datus erat, uni adiudicasse usum fructum alii vero fundum dumtaxat
consultus utrum ususfructus inter duos Coheredes Comunicat, nam qui fundum adiudicavit cum usu fructu adiucasse videtur
ut similiter si testator legasset fundum, et postea alii usum fructum, uterque in usu partem habebit. l. si alii 24 ff de usu
